

sam peccati satis indicat Apost. ad Rom. 7. *Quid ergo dicemus? lex peccatum est? absit. Sed peccatum non cognovi, nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret; non concupisces.*

Ex dictis colliguntur causæ legis: nimirum causa efficiens est superior politicus habens jurisdictionem politicam & potestatem jus dicendi: quia nemo potest condere legem, nisi habens subditos & jurisdictionem in eos, insuperque vim coactivam ad executionem legis & punitivam coercendi transgressores, quæ soli superiori politico competunt. Causa materialis subjectiva est subjectum immediatum legis. Quasi activum, quod fert legem, est intellectus illius, qui fert legem; subjectum quasi passivum sunt subditi capaces usus rationis, quibus lex imponitur. Causa materialis objectiva sive objectum sunt actiones humanæ, quæ præcipi, prohiberi, puniri aut permitti possunt. Causa formalis est publica & solemnitas promulgatio legis sive per scripturam, sive per præconem, sive alio modo idoneo facta, sine qua lex non consequitur vim obligandi. Causa finalis est bonum commune, effectus demum formalis & intrinsecus legis est obligatio ad eius observantiam eaque stabilis & perpetua: quia vera lex dicit durationem non tantum ad aliquot dies, aut usque ad mortem Legislatoris vel præcipientis, sed durationem stabilem & quantum est de se perpetuam, donec lex abrogetur materiæ desitione aut superioris revocatione, vel contrariæ consuetudinis præscriptione.

DISPUTATIO XIX.

De immunitate Ecclesiasticâ.

PROPTER reverentiam rebus ac personis specialiter cultui divino dicatis debitam aliquæ res & personæ specialiter à legibus & jurisdictione civili exemptæ

sunt, quæ exemptio nominatur immunitas Ecclesiastica: de quâ præfens disputatio procedit.

Q U Æ S T I O I

De immunitate personali.

Duplex est personarum Ecclesiasticarum immunitas una ab injuriis Personalibus sancita in Can. Si quis suadente 29. caus. XVII. q. 4. Vi cujus sub excommunicatione latæ sententiæ proteguntur Clerici à quavis injuriosâ percussione de quâ ex instituto agimus in 3. p. Disput. 39. de censuris. Altera est, quæ importat exemptionem tum ab oneribus à Laicâ potestate in ordine ad bona imponendis, de quâ Q. IV. tum à legibus civilibus & à foro judiciali de quâ

DICO. *Laicis (etiam religiosis) super Ecclesiis & personis Ecclesiasticis nulla est attributa facultas: quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi* Innoc. III. in cap. Ecclesia 10. de constit. sive non tantum causæ sed etiam Personæ Ecclesiasticæ exemptæ sunt à potestate legislativâ & judicativâ laicorum.

Prima Pars probatur: Causæ Ecclesiasticæ sunt, quæ concernunt fidem, Sacramenta, sacrificium, ac cultum divinum, animarum salutem, & ea quæ his sunt annexa; sed hæ causæ jure divino sunt exemptæ à Principum sæcularium potestate legislativa & judicativa, quia hæ causæ subsunt solis illis, quibus potestas circâ eas à Christo est commissâ: cum Christus illæ omnia unicè instituerit; sed talis potestas à Christo est tradita soli Petro, cui dixit Matth. 16. Tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam & in personâ Petri (ut alibi latius ostendetur) ejus successoribus dixit Jois 21. Pasce oves meas. Et à Petri successoribus summis videlicet Pontificibus derivatur hæc potestas in inferiores Ecclesiæ Prælatos, quorum

est pacifere, sive membra

condendo leges circa

salutem pertinent,

quæ circa spiritual

Secunda Pars probat

liberæ secularibus Prin

possunt eorum legib

erant judicari, quia a

requisitur in legem

in alio subjectio

non sunt subditæ (secular

conditionis in

tribus ministeriis deput

Can. XI. Q. 1. Valenti

bus hugolti: continua leg

porum vel eorum, qui

non, ad judicia sive ore

narum judicium pertrah

ere quicquam his publicis

& Can. futurum 15. Ca

Imperator in Synodo Nicæ

leclatis respondit: Vos à

Qua solus Dei judicio res

Tit. fess. 25. de reform. cap

monum Ecclesiasticarum in

Canonis sanctionibus con

terunt immunitatem perso

nis divini; alii econtrâ pro

mani Pontificii: cum ex ju

poterit ad cultum Divinu

ur, erimi eos ab auctorit

Clerici sæculari judicio vid

quo adducitur exemplum A

Paulus; Ad tribunal Casar

tori & 7. 12. Casarem app

est

DE IMMUNITATE ECCLESIASTICA. 411
 est pascere, sive membris Ecclesiæ spiritualiter provide-
 re condendo leges circa ea quæ ad spirituales anima-
 rum salutem pertinent, & quæstiones aut controver-
 sias, quæ circa spiritualia oriuntur, dirimendo.

Secunda Pars probatur: Personæ quæ non sunt
 subditæ sæcularibus Principibus sive potestati Laicæ,
 non possunt eorum legibus obligari, nec in tribunali
 eorum judicari, quia ad obligationem legis & sen-
 tentiæ requiritur in legem ferente & judicante superio-
 ritas & in altero subjectio; atqui personæ Ecclesiasticæ
 non sunt subditæ sæcularibus Principibus: cum sint
 sublimioris conditionis in sortem Domini electæ, spi-
 ritualibus ministeriis deputatæ. Unde in Can. *continua*
 §. *Caus. XI. Q. 1. Valentinianus, Theodosius & Arca-*
dus Augusti: continua lege sancimus, ut nullus Epis-
eoporum vel eorum, qui Ecclesie necessitatibus ser-
viunt, ad judicia sive ordinariorum, sive extraordi-
nariorum judicium pertrahatur. Habent illi suos iudices,
nec quicquam his publicis est commune cum legibus.
 & Can. *futuram* §. *Caus. XII. Q. 1. Constantinus*
 Imperator in Synodo Nicænâ Clericorum querelis ad
 sedelatis respondit: *Vos à nemine dijudicari potestis:*
Quia solius Dei iudicio reservamini. Accedit Con.
 Trid. sess. 25. de reform. cap. 20 dicens, *Ecclesie & per-*
sonarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione
& Canonicis sanctionibus constitutam; ex quibus aliqui
 inferunt immunitatem personarum Ecclesiasticarum esse
 juris divini; alii econtrà probant esse duntaxat juris hu-
 mani Pontificii: cum ex jure divino Clerici quidem de-
 putentur ad cultum Divinum, ex hoc tamen non sequi-
 tur, eximi eos ab authoritate Laicali; cum primitus
 Clerici sæculari iudicio videantur fuisse subjecti, pro
 quo adducitur exemplum Act. 25. cap. v. 10. ubi S.
 Paulus: *Ad tribunal Cesaris sto, ibi me oportet iudi-*
cari & v. 12. Casarens appello. Media sententia vide-
 tur

um immunitas
 ita in Can. Si
 ius sub excom-
 Clerici à quæ-
 tuto agimus in
 , quæ impos-
 ricâ potestate in
 Q. IV. tum à

uper Ecclesi-
 ta facultas;
 oritas impe-
 constit. sive
 Ecclesiasticæ ex-
 icativâ laico-

siasticæ sunt
 crificium, et
 ea quæ hinc
 sunt exemptæ
 tiva & iudic-
 quibus potest-
 in Christo et
 as à Christo et
 Tu es Petrus
 in meam & in
 r) ejus succo-
 eas. Et à Pet-
 icibus derivat-
 elatos, quom-

tur probabilior : scil. summum Pontificem esse exemptum à Laicali potestate jure divino formaliter : eò quod ipse sit caput totius Ecclesiæ à Christo constitutus, & consequenter ab omni hominum potestate exemptus, in cujus signum Christus Matth. 17. jussit Petro: ne scandalizentur vid. tributorum exactores : *da eis pro me & te* vid. tributum, indicans Petrum aliàs esse immunem à solutione tributi, quod debetur à subditis, quoad reliquos verò Clericos, ii sunt exempti à jurisdictione Laicali formaliter ex jure Pontificio : quia exemptio hæc Clericorum in variis casibus à jure Canonico restringitur, mutatur & omninò tollitur, multas etiam sacri Canones ad eam Conditiones requirunt, quibus non servatis subjiciunt Clericos foro sæculari. Quod certè esse non posset, si exemptio hæc esset formaliter juris divini. Attamen est juris divini fundamentaliter : cum ex jure divino Clerici sint in sortem Domini segregati, unde decens imò quasi debitum fuit eos à laicorum jurisdictione eximi & hæc distinctione videntur oppositæ sententiæ conciliari.

Q 1. An ergo legibus à potestate laicâ latis nullo modo ligentur Clerici?

R. Clerici & personæ Ecclesiasticæ obligantur indirectè quoad vim directivam, non autem quoad vim coactivam legibus sæcularibus non disponentibus specificatim de Ecclesiis, clericis, eorumque bonis sed ob publicam utilitatem sive necessitatem communiter quidpiam stantibus nec repugnantibus statui clericali aut immunitati Ecclesiasticæ. Exponuntur singula.

Dicitur 1. *indirectè quoad vim directivam* : quia hæc obligatio non provenit immediatè ex vi ipsarum legum civilium ob defectum jurisdictionis in Clericos, sed suppositâ semel ejusmodi lege civili pro bono communi generaliter lata provenit illa obligatio partim

DE IMMUNITATE
 ratione naturali, cu
 ratione naturali dictante,
 tate à toto; partim ex
 do scandalo proximi;
 Ecclesiæ hujusmodi
 vobantis; ut enim dic
 sacre leges non dedign
 sacrorum statuta
 adjuvantur.

Dicitur 2. *non quoad*
 Clericos cogere ne
 modo vel puniendo; ta
 coactivæ exerceri neque
 autem magistratui sæculari
 gibus civilibus sit adjecta
 gantur Clerici, sed si co
 commune reipublicæ lat
 deferendi ad proprium ju
 eodem puniendi vel poen
 sæcularem legi adjectâ, v

Dicitur 3. *non disponen*
 Clerici aut eorum bonis :
 specificè disponent de Ecc
 etiam in harum commoc
 bent vim obligandi, nisi a
 pergit Pontifex in cit. cap
 allegata, à quibus, si quis
 quod Ecclesiarum et
 firmem nullius firmitatis
 approbatum. Ratio e
 statuere & leges ferre circ
 bona Ecclesiastica saltem in
 modum hoc ipso notaretur
 legum recognosceretur sup
 omnia & res Ecclesiasticas.

ex ratione naturali, cui lex illa innititur ipsâque æquitate naturali dictante, quod pars non debeat discordare à toto; partim ex jure naturali & divino de vitando scandalo proximi; partim ex Authoritate S. Matris Ecclesiæ hujusmodi leges pro bono communi approbantis; ut enim dicit Pont. in cap. 1. de N. O. N. *Sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita & sacrorum statuta Canonum principum constitutionibus adjuvantur.*

Dicitur 2. *non quoad vim coactivam*, quia iudex laicus Clericos cogere non potest eos citando condemnando vel puniendo; tales enim actus jurisdictionis coactivæ exerceri nequeunt nisi in subditos; clerici autem magistratui sæculari non sunt subjecti. Hinc si legibus civilibus sit adjecta pœna, ad illam non obligantur Clerici, sed si contra leges civiles ad bonum commune reipublicæ latas Clerici peccaverint, sunt deferendi ad proprium iudicem Ecclesiasticum, & ab eodem puniendi vel pœnâ ordinariâ per legislatorem sæcularem legi adjectâ, vel pœnâ arbitrariâ.

Dicitur 3. *non disponentibus speciâtim de Ecclesiis, Clericis aut eorum bonis*; quia leges sæculares, quæ specificè disponunt de Ecclesiis & rebus Ecclesiasticis etiam in harum commodum & favorem nullam habent vim obligandi, nisi ab Ecclesia approbentur: ut pergit Pontifex in cit. cap. post verba in Conclusionem allegata, *à quibus, si quid motu proprio statutum fuerit, quod Ecclesiarum etiam respiciat commodum & favorem nullius firmitatis existit, nisi ab Ecclesia fuerit approbatum.* Ratio est: quia, si laici possent statuere & leges ferre circa Ecclesiasticas personas aut bona Ecclesiastica saltem in horum favorem & commodum hoc ipso notaretur & per observantiam talium legum recognosceretur superioritas laicorum super personas & res Ecclesiasticas.

Cui non obstat: quod dentur de facto plura privilegia ab imperatoribus regibus & principibus Ecclesiis & personis Ecclesiasticis speciatim concessa; quia privilegium, quod est præter jus & concessivum gratiæ potest concedi etiam non subjecto, nec concessio talis privilegii est actus jurisdictionis sed meræ liberalitatis ergà privilegiatum, positio autem legis est actus jurisdictionis & superioritatis, quæ per legis acceptationem ejusque observationem recognoscitur ipso facto.

Dicitur 4. *sed ob publicam utilitatem sive necessitatem communiter quidpiam statuentibus.* Sic edictum sæculare taxans justum pretium frumenti, vini cæterarumque rerum ad convictum humanum necessariorum, licet ex vi legis & directè comprehendat solos laicos, non Clericos ex defectu jurisdictionis; nihilominus quia jure naturali & divino præcipitur, ne quis ultrà justum pretium vendat, justum autem pretium est illud, quod publicâ Authoritate est taxatum, ideò Clerici quoad vim directivam tenentur tali statuto. Item Magistratus prohibet distractionem frumenti extrâ provinciam tempore inopiæ & publicæ caritatis. Tale edictum per se & directè non astringit Clericos, & tamen Clerici indirectè ex vi directivâ hujus edicti obligantur; quia licet non peccent contra legem principis sæcularis, à cujus jurisdictione & vi obligandi sunt exempti; nihilominus stante tali edicto in bonum patriæ promulgato peccant contra pietatem Patriæ debitam & charitatem, quâ jure naturali & divino in tanta necessitate tenentur potius subvenire civibus & incolis, quam propriis lucris inhiando frumenta extraneis vendere. *Adde:* quia Clerici sunt pars reipublicæ hinc jure naturali & divino in tantis necessitatibus & ad præcavenda majora pericula tenentur veluti pars cum toto concordare eaque observare, quæ ex ejusmodi edictis nove-

runt

ad congruam Re-
stitutionem & pacem

Dicitur demum §.

aut immunitati

latoorum, qua

vel indirectè ad

personarum Ecclesia-

libda. Tunc autem

libertati Ecclesiasti-

spirituali vel de

particulari & exp

quando quidem de

ordinat circa sub

aliquid præj

Ecclesiasticis procreetur

quod disponit, ut ingred

Clericorum non succeda

talium indirectè a

ad ingressu monasterii

contra favorem religioni.

Lex amonitionis est illic

betur, ne bona immobil

nam, ad Ecclesias, Co

licita, quæ non moriunt

Dices: Clericis conce

publicæ. Ergo ad leges la

quæ sive illæ sint in cor

morum.

n. Distinguendo aut.

memora reipublicæ quo

privilegiata Con. ideoqu

comprehendantur inclus

inclusionem odiosâ & statui

Q. 2. Quæ sint perso

personali sive Privilegio fe

tunt ad congruam Reipublicæ gubernationem, conservationem & pacem esse necessaria.

Dicitur demum §. *rec repugnantibus statui Clericali aut immunitati Ecclesiasticæ*: Siquidem talia statuta laicorum, quæ aliquid præcipiunt, quod directè vel indirectè adversatur immunitati Ecclesiarum vel personarum Ecclesiasticarum, sunt ipso jure nulla & invalida. Tunc autem statutum laicale directè repugnat libertati Ecclesiasticæ, quando disponit vel de materia spirituali vel de Ecclesiis & personis Ecclesiasticis in particulari & expressè. Tunc indirectè repugnat, quando quidem de materia propria disponit aut aliquid ordinat circa subditos, ità tamen ut ex legis observantia aliquod præjudicium Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis procreetur; sic statutum laicale non valet, quod disponit, ut ingrediens monasterium vel assumens Clericatum non succedat in hæreditate Paterna: nam tale statutum indirectè abstrahit à vita contemplativa, ab ingressu monasterii vel Clericatu, & ità pugnat contra favorem religionis & libertatem Ecclesiasticam. Lex amortisationis est illicita & invalida, qua prohibetur, ne bona immobilia deferantur ad manum mortuam, ad Ecclesias, Collegia Ecclesiastica vel monasteria, quæ non moriuntur.

Dices: Clericis conceditur quod sint membra reipublicæ. Ergo ad leges latas in bonum reipublicæ obligantur sive illæ sint in commodum sive gravamen Clericorum.

R. Distinguendo ant. Conceditur Clericis esse membra reipublicæ quomocunque N. specialiter privilegiata Con. ideoque licet sub statutis Laicorum comprehendantur inclusione favorabili, non tamen inclusione odiosâ & statui Clericali præjudicali.

Q. 2. Quæ sint personæ Ecclesiasticæ immunitate personali sive Privilegio fori gaudentes?

2. Sequentes 1. Religiosi non viri duntaxat, sed etiam foeminae, uti fratres quoque conversi vel oblati in religione approbata constituti, imò & novitii, Fratres insuper tertii Ordinis S. Francisci in communitate vitam religiosam agentes, nec non milites Deo sacrali ac inter Religiosos computati ex consuetudine jam receptâ non ab aliis quam à proprii Ordinis superioribus judicari consueti ac denique Rectores Xenodochiorum authoritate Ecclesiastica erectorum, qui non secus ac loca ipsa à laicali jurisdictione exempti sunt. 2. Clerici in sacris constituti. 3. Etiam solum tonsurati Clerici modo vel habeant beneficium Ecclesiasticum, vel gestent habitum & tonsuram & simul vel alicui Ecclesiae ex mandato Episcopi inserviant, vel in seminario Clericorum aut in aliqua schola vel universitate de licentiâ Episcopi quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versentur ex Con. Trid. sess. 23. de reform. cap. 6. in conjugatis autem Clericis ut gaudeant hâc immunitate requiritur juxtâ cap. Clerici un. de Cler. conjug. in 6. ut deferant habitum & Tonsuram Clericalem & matrimonium contraxerint cum virgine & ex Trid. cit. ex deputatione Episcopi alicui Ecclesiae deserviant. Si quis dimisso habitu amisisset hoc Privilegium, reassumpto habitu (modo hoc non fiat in fraudem jurisdictionis laicalis hâc viâ eludendæ) juxtâ probabiliorem videtur recuperare hoc privilegium, eò quod servet condiciones à Con. Trid. requisitas. Si autem Clericus gestaret arma, itâ ut non amplius dignosci posset, an esset Clericus, ipso facto habendus est ac si non gestaret habitum & Tonsuram. Si exercent negotiationem sibi interdictam, præviis competentibus monitionibus per sententiam hoc privilegio est privandus. In dubio: an aliquis gaudeat privilegio fori cum hoc sit dubium juris Ecclesiastici, uti etiam an aliquis sit

Cler

DE IMMUNITATE
 Clericus: judicium
 obleva: quod, si al
 in habitu Clerica
 iudicium Ecclesi
 laicali, etiam si dica
 iudex secularis eu
 donec manifeste
 in minoribus fuerit,
 ac Ecclesiae
 iudex secularis ca
 jurisdictionis, à
 Clericatus;
 cognoscitur, de
 principali ex cap.
 in 6. Differunt
 conjugati à non co
 servantes conditio
 præter privileg
 in criminalit
 vindictam cor
 aliis eam omnibus per
 Lati, Cap. un. de Cler.
 conjugati etiam in minoribus
 ditiones supra expressæ
 exempti à potestate laica
 conveniri non possunt
 regula de causis Clericor
 tractandis feuda & bona
 diti sive in possessorio si
 Clericus conveniri debet
 laicus sit: sic enim à j
 feudorum cap. Verum 7.
 (no Episcopi) iud
 habeant cognitionem per
 beneplacito (sic iustum
 1. 2. Theol. Schol.

Clericus: judicium competit judici Ecclesiastico. Ubi
 observa: quod, si aliquis in delicto deprehensus capiat
 in habitu Clericali, statim sit remittendus ad
 custodiae judicis Ecclesiastici; si autem capiatur in habi-
 tu laicali, etiamsi dicat, se esse Clericum, non tenea-
 tur Judex sæcularis eundem judici Ecclesiastico remit-
 tere, donec manifestè probetur, quod sit Clericus &
 si in minoribus fuerit, communiter gestarit habitum &
 Tonfuram ac Ecclesiæ de mandato Episcopi deservierit;
 nam Judex sæcularis capiendo reum, jam est in posses-
 sione jurisdictionis, à quâ deturbandus non est ex solâ
 assertione Clericatus; interea verò, dum causa Cle-
 ricatus cognoscitur, debet Judex sæcularis abstinere à
 causa principali ex cap. Si Judex Laicus 12. de sent.
 excom. in 6. Differunt verò quoad immunitatem Cle-
 rici conjugati à non conjugatis: Clerici enim conju-
 gati servantur conditiones à Con. Trid. præscriptas
 gaudent præter privilegium Can. Si quis suadente, pri-
 vilegio fori in criminalibus sive agatur in ordine ad pœ-
 nam & vindictam corporalem sive pecuniariam; in
 aliis autem omnibus perinde habendi sunt ac si essent
 Laici. Cap. un. de Cler. conjug. in 6. Clerici non con-
 jugati etiam in minoribus constituti modo adsint con-
 ditiones suprâ expressæ etiam in causis civilibus sunt
 exempti à potestate laicali, ita ut coram Judice sæcu-
 lari conveniri non possint. Excipiuntur ab hâc generali
 regulâ de causis Clericorum coram Judice laico non
 tractandis feuda & bona regalia; in causa enim feu-
 dali sive in possessorio sive in petitorio agendum sit,
 Clericus conveniri debet coram Domino feudi tametsi
 is Laicus sit; sic enim à jure dispositum est in favorem
 feudorum cap. Verum 7. in quo dicitur: *De feudis ipsis
 sub suo (Episcopi) judicio cognoscatur, si ad Eccle-
 siasticam cognitionem pertineant: alioquin imperiali
 beneplacito (sicut justum fuerit) relinquatur & cap.*

extranſmiſſâ 6. de for. compet. de bonis regalibus Singulare eſt, quod non concedantur, niſi cum reſervatione tribunalis ſæcularis, ut ſcil. coram illo decidentur; atquè tunc Eccleſia & Clericus non coactè ſed tanquam voluntarius reus ex pacto comparet coram Judice ſæculari, aliàs enim Eccleſiæ & perſonis Eccleſiaſticis feuda & regalia non concederentur, neque in his caſibus renunciat Clericus privilegio fori, cui tanquam toti ſtatui conceſſo renunciare non poteſt, ſed acceptat jus ſub onere, ſub quo & non aliter illud Dominus concedere vult, & Eccleſia acceptate permittit.

Q. 3. In quibus caſibus ex conceſſione Eccleſiæ Magiſtratus laicus poteſtatem exerceat in Clericos?

R. I. mus caſus videtur eſſe in Can. filiis 3 1. cauſ. XVI.

Q. 7. quod negligentibus Prælatiſ Eccleſiaſticis ad providendum rebus Eccleſiæ fas ſit implorare auxilium Regis, qui tamen non quâ Judex, ſed quâ Eccleſiarum protector & defenſor agit: 2. dò jubente ſuperiore Eccleſiaſtico Magiſtratus ſæcularis licitè capit Clericum, 3. tiò ſi Clerici delictum ſit notorium, ac is ſit de fugâ ſuſpectus & Prælatiſ Eccleſiaſticus non poſſit conſuli, poteſt ex præſumptâ voluntate ſuperioris Eccleſiaſtici Clericus capi & detineri, ut primâ occasione ſuo Prælatiſ præſentetur & tradatur: ne crimina mancant impunita & ne innocentes defenſione careant.

Q. 4. An ſicut Clerici ſunt exempti à iudice ſæculari, ſic etiam laici ſunt exempti à iudice Eccleſiaſtico?

R. I. In cauſis purè ſpiritualibus, quæ laicis etiam convenire poſſunt: talia ſunt hæreſis, ſimonia, excommunicatio, feſtorum obſervatio & violatio, jejuniorum tranſgreſſio & ſimilia: homines laici ſubduntur privativè iudici Eccleſiaſtico: cum tales cauſæ omninò ſpirituales ſint ac ex fundamento unicè ad Eccleſiam pertinente orientur, cap. decernimus 2. de jud. & ideo cauſæ

DE IMMUNIT
cauſe matrimoniale
Eccleſiaſtico ex
Q. 6. cap. accedentit
de Procurat. ſive p
moniali, ſive incide
ſiſſionis coram iudic
ti valore matrine
hereditarium, tunc
cum Eccleſiaſticum ju
1. In cauſis mixti
civilis, quam Eccleſia
poſitivo civili & divin
à Chriſto fundato & E
v. g. blaſphemia, ſodo
ceſtus, concubinitus
Canonico quam civili.
ſi iuri repugnantia. In
iudicem ſæcularem p
Laicum.
3. In cauſis metè te
etiam procedit iudex E
menti ſpectent ad foru
ſeres 2. de iurejur. in 6
periculis obtinere volente
hoc ius canonicum (de
ſi doctoralis) per locorum
ca decernimus compeller
pet. in 6. cuius hæc fo
miſſionem juratam: ip
ce (ad cuius forum rat.
cognitio noſcitur perti
ure.

causæ matrimoniales unicè decidendæ sunt coram Judice Ecclesiastico ex Can. multorum 10. caus. XXXV. Q. 6. cap. accedentibus 12. de excess. Prælat. & cap. tuæ 5. de Procurat. sive principaliter agatur de causa matrimoniali, sive incidenter v.g. sub lite hæreditariæ successione coram Judice laico agitata incidit quæstio circa valorem matrimonii, in quo fundatur illud jus hæreditarium, tunc ea causa decidenda est per Judicem Ecclesiasticum juxtà cap. tuam 3. de Ord. cognit.

2. In causis mixtis, quæ participant tam de jure civili, quam Ecclesiastico sive in criminibus, quæ tam positivo civili & divino naturali, quam supernaturali à Christo fundato & Ecclesiæ præceptis contrariantur, v.g. blasphemia, sodomia, adulterium, stuprum, incestus, concubinatus, sacrilegium, sortilegium tam Canonico quam civili. tam supernaturali quam naturali juri repugnantia. In his potest Judex Ecclesiasticus Judicem sæcularem præveniando procedere contra Laicum.

3. In causis merè temporalibus juramento firmatis etiam procedit Judex Ecclesiasticus: cum ratione juramenti spectent ad forum Ecclesiæ juxtà Cap. licet mulieres 2. de jurejur. in 6. in quo S. P. *Nos animarum periculis obviare volentes, eosdem Judices ad servandum hoc jus canonicum (de servanda juratâ alienatione fundi dotalis) per locorum ordinarios censurâ Ecclesiasticâ decernimus compellendos.* & cap. fin. de for. compet. in 6. cujus hæc formalia de veniente contra promissionem juratam: *ipsum coram Ecclesiastico Judice (ad cujus forum ratione juramenti cause hujusmodi cognitio noscitur pertinere) de jure poteris convenire.*

* *
*

QUÆSTIO II.

De immunitate locali.

Immunitas localis est ea exemptio quæ locis sacris id est, Ecclesiis aliisque piis locis competit, ut in iis actus profani præsertim judiciales exerceri nequeant & rei ad ea confugientes extrahi non possint unde describi potest: jus competens Ecclesiis aliisque locis Religiosis, vi cujus actus profani seu sæculares in iis exerceri non valent, & malefactores illuc confugientes in vitâ & membris proteguntur, itâ ut inde extrahi nequeant: unde hæc immunitas, ut patet, duo involvit; exemptionem præsertim ab exercitio jurisdictionis sæcularis, & jus asyli.

DICO I. *Ut in domibus Ecclesiarum, neque missus, neque comes, vel Judex publicus, vel minister, quasi pro consuetudine, placitum vel hospitium vendicent cap. I. de immuni Eccles.*

Probatur ex eo, quod Ecclesiæ sint cultui divino dedicatæ debet ab iis omne, quod reverentiæ earum repugnet, & cultum Dei impedire vel turbare posset, abesse. Pro meliori intelligentia scienda sequentia.

I. Nomine Ecclesiarum in hâc materiâ intelliguntur non tantum consecratæ, sed etiam benedictæ vel auctoritate Episcopi ad cultum divinum & officia divina deputatæ, ut colligitur ex cap. Ecclesiæ 9. de immuni. Eccles. ubi itâ habetur: *Ecclesia, in quâ divina mysteria celebrantur, licet adhuc non extiterit consecrata nullo jure privilegium immunitatis admittitur: ratio subjungitur: quia obsequiis divinis dedicata nullius est temerariis ausibus profananda.* Unde communiter infertur: Ecclesiam hujusmodi gaudere immunitate, etiamsi divina officia in eâ nondum sint celebrata, eò quod Pontifex pro causâ & ratione non alleget celebrationem divini officii jam factam, sed quia obsequiis

DE IMMUNI
quibus ac officii div
merito: quia ex sol
facti ad usus sacros
iti ut ad usus profan
queat, cap. ad hæc 4
terius auctoritate Ep
auctoritate Episcopi
Missæ fuerint celeb
habituacula Ecclesiæ a
aniam, ratio est: qu
pisa sunt l. 42. Prin
unde camiteria Eccle
cap. fin. de immuni. Ec
est: quia universaliter
vilegiis quibus Ecclesia
2. Actus profani p
tes, sub pena excomm
cibus sæcularibus agita
in quibus agitur de san
porali cap. cum Ecclesi
communicatio juxta Gl
dit in alios, quam eo
procedunt, eò quod p
formalia verba legis. e
2. prohibitum est exerc
tus civiles cap. decet 2.
in Ecclesiis earumque co
lisiorum strepitus conq
alis maxime agitur
sententia ita lata & pro
ia judicia; quia judicia
reperiuntur prohibita:
no, sed etiam positiv
sente 29. de appella
presumere merito pot

quibus ac officiis divinis est dedicata seu deputata; & merito: quia ex sola deputatione auctoritate Episcopi factâ ad usus sacros jam existit locus sacer ac Religiosus, ita ut ad usus profanos redire & applicari amplius nequeat. cap. ad hæc 4. de Relig. Dom. Idem est de oratoriis auctoritate Episcopi erectis, non aliis privatis auctoritate Episcopi non erectis etsi in eis ex Privilegio Missæ fuerint celebratæ. Veniunt præterea loca & habitacula Ecclesiæ adhærentia, ut, sacristia, porticus ærium, ratio est: quia, *quæ religiosis adhærent religiosa sunt* l. 43. Prin. ff. de rei vindic. lib. 6. tit. 1. unde cæmeteria Ecclesiarum gaudent immunitate arg. cap. fin. de immun. Eccles. & cap. 2. eod. in 6. *Ratio est:* quia universaliter Cæmeteria iisdem gaudent Privilegiis quibus Ecclesia arg. cap. 5. de immun. Eccles.

2. Actus profani prohibiti in his locis sunt sequentes 1. sub pœna excommunicationis prohibitum est iudicibus sæcularibus agitare vel tractare causas criminales, in quibus agitur de sanguinis effusione vel pœnâ corporali cap. cum Ecclesia §. de immun. Eccles. quæ excommunicatio juxtâ Gl. est ferendæ sententiæ, nec cadit in alios, quam eos, qui criminaliter in Ecclesia procedunt, eò quod pœna non sit extendenda ultra formalia verba legis. ex R. Odiâ 1 §. de RR. J. in 6. 2. prohibitum est exercere sæcularia judicia seu Processus civiles cap. decet 2. de immun. Eccles. in 6. ubi ita *in Ecclesiis earumque cæmeteriis omnis sæcularium iudiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa criminalis maximè agitur: & §. 1. declarantur irritæ sententiæ ita latæ & processus ita facti. Dixi:* sæcularia judicia; quia judicia Ecclesiastica ibidem nullo jure reperiuntur prohibita: ut non tantum à sensu contrario, sed etiam positivè probari videtur arg. cap. quâ fronte 2 §. de appellat. & ratio est: quia Ecclesia præsumere merito potuit judicia Ecclesiastica minori

cum strepitu & breviori tempore expedienda fore, simulque Judicem Ecclesiasticum adhibiturum esse majorem curam, ut cuncta sine irreverentia loci fiant; licet honestius sit, ut judicia etiam Ecclesiastica extra Ecclesiam in Palatio vel Camerâ Episcopi, vel alto loco honesto fiant, quod hodie etiam consuetudo & praxis passim vicens confirmat. 3. Prohibentur in Ecclesiis & cimiteriis contractus, negotiationes & nundinæ cap. 2. de immun. Eccles. in 6. quæ prohibitio conformis est exemplo Christi Matth. 21. Licet verò contractus in Ecclesiis sint illiciti, non tamen sunt invalidi juxtâ gl. in cit. cap. V. processus. Eò quod contractus hujusmodi nullibi irritentur in jure, sicut irritantur processus & sententiæ. Porrò non tantum validi sed etiam liciti sunt in Ecclesiis ac cimiteriis contractus illi, qui principaliter fiunt ad promovendam devotionem fidelium: v.g. venditio Candelarum, dummodo fiant sine strepitu & perturbatione aut impedimento cultûs divini. 4. Universaliter prohibentur ferè omnia vana & profana præsertim, quæ divinum cultum aut officium aliquo modo turbare possunt aut ejus reverentiæ contraria sunt, ut ludi Theatrales & ludicra spectacula cap. cum decorem 12. de vita & honest. Cler. convivium Can. non oportet 4. dist. XLII. conventicula, confabulationes & omnia quæ divinum officium turbare possunt, in cap. 2. de immun. Eccles. in 6. his insitit Con. Trid. sess. 22. in decreto de observ. & evit. in celebr. Missæ: *ab Ecclesiis verò Musicas eas, ubi sive Organo, sive Cantu lascivum aut impurum aliquid miscetur, nempe seculares omnes actiones, vana atque adeò profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceant, ut domus Dei verè domus orationis esse videatur, ac dici possit, & specialiter prohibitum ac contra immunitatem etiam localem est Ecclesiæ vim aut violentiam inferre, in-*

frin-

tingendo ejusdem
can. omnes 5. Can.
XVII. q. 4. Ubi tr
duntur sed etiam e
zho, si cum effract
conquelli 22. de sen
Pariter sacrilegi
fientes & mandante
cessarum violatiõe
sunt.

3. Sequentes actio
ac cimiteriis aliisque
actiones extrajudicia
pietatem aut devotio
hinc in specie licitum
honesti spectacula, ser
biles, eò quod scient
ac necessarium sit medi
cunt peragenda. Ex ea
conferuntur gradus De
ac minori tutor ac curat

DICO 2. *Absurdum*
sanctis exerceri, ubi
cap. cum Ecclesia 5. de
aliisque locis sacris comp
Probat ex variis le

C. de his qui ad Eccles. c
dels de vniq. præceptio
sacro sanctas Ecclesias c
videlicet definitione, ut
vire tentaverit, sciat
mendum. L. 3. & 6. ex
Eccles. Can. miror 7. in
illam revoca, quem u
tum 8. can. nullus 19. C.

fringendo ejusdem fores, rapiendo illius bona arg. can. omnes 5. Can. sicut 12. Can. quisquis 21. caus. XVII. q. 4. Ubi transgressores non tantum sacrilegi dicuntur sed etiam excommunicantur & quidem ipso facto, si cum effractione spoliatio fiat. Concordat cap. conquesti 22. de sent. excom. J. G. V. excommunicatos. Pariter sacrilegi sunt & pœnis juris subjacent consulentes & mandantes ac alio modo cooperantes ad Ecclesiarum violationem cit. Can. omnes J. G. V. sentiunt.

3. Sequentes actiones licitè ac validè in Ecclesiis ac cœmiteriis aliisque locis sacris fieri possunt: omnes actiones extrajudiciales voluntariæ jurisdictionis quæ pietatem aut devotionem respiciunt vel promovent; hinc in specie licitum est in Ecclesiis exhibere pia & honesta spectacula, servare disputationes literarias publicas, eò quod scientia sit donum Dei ac res sancta, ac necessarium sit medium ad pietatis ac virtutum operarità peragenda. Ex eadem ratione in Ecclesiâ licitè conferuntur gradus Doctoratûs, licitè datur pupillo ac minori tutor ac curator, cum sit actus pietatis.

DICO 2. *Absurdum est & crudele, ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi est tutela refugii constituta* cap. cum Ecclesia 5. de immun. Eccles. sive: Ecclesiis aliisque locis sacris competit jus asyli.

Probatum ex variis legibus & Canonibus. Ità L. 2. C. de his qui ad Eccles. confug. &c. lib. 1. tit. 12. *Fideli devotâque preceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere, sub hâc videlicet definitione, ut si quisquam contrâ hanc legem venire tentaverit, sciat se Majestatis crimine esse retinendum. L. 3. & 6. eod. cap. inter alia 6. de immun. Eccles. Can. miror 7. in quo S. Aug. Ecclesia igitur illasum revoca, quem ut irreligiosissimus rapuisti* Can. reum 8. can. nullus 19. Can. Si quis 20. caus. XVII. Q. 4.

ex quibus sequitur, quod asyli jus non proveniat ex jure divino, tum quia de jure divino naturali est quidem præceptum, ut Deum colamus sacrisque locis reverentiam exhibeamus, attamen ex hoc non inferretur jus asyli: cum extractio rei à loco sacro, ut debitas pœnas luat, quantum est de se, nec sit cultui divino nec reverentiæ sacro loco debitæ contraria, nec aliunde de se mala, sed potius conformis juri divino naturali, quod vult, ut crimina debitis coerceantur pœnis & non maneant impunita, quæ puniri exigit bonum publicum & incolumitas innocentium. Tum: quia, si jus asyli esset juris divini naturalis, non potuisset per dispositionem Pontificiam aut humanam consuetudinem mutari aut limitari, sicut de facto in multis mutatum & limitatum est. Deinde non est de jure divino positivo: quia nulla lex aut tradita aut scripta extat in Ecclesiâ à Christo Domino data, & licet in antiqua lege fuerint loca refugii à Deo determinata, in quibus etiam fuit Altare templi, attamen leges judiciales veteris testamenti non amplius vigent, ut infra diceretur. Ad ea quæ opponi possunt respondendum est, ut supra, quod leges & Canones statuentes jus asyli fundamentum habeant in jure divino, eique optimè congruant. Pro pleniorè hujus juris elucidatione.

Q. 1. Quænam loca gaudeant jure asyli?

R. 1. Omnes Ecclesiæ auctoritate Episcopi erectæ gaudent jure asyli, licet nondum consecratæ cap. Ecclesiæ 9. de immun. Eccles. licet etiam nondum in eis divina sint celebrata, etiamsi essent interdictæ, violatæ aut pollutæ: quia similia tanquam odiosa ad casus non expressos non sunt extendenda. ad Ecclesiam reducuntur omnia loca Ecclesiæ interioris & exterioris ad hærentia, quæque fabricâ Ecclesiæ comprehenduntur: ut sacristia, turris, atrium, porticus, campanile. Ratio est: quia, quæ religiosis adhærent, religiosa sunt.

Nec

Nec obstat: quod
nis effusionem in pr
quia in odiosis illa n
est de omni eo, qu
beret, unde gaude
ens clausam ejus jar
vel ejus feram aut ve
Congreg. & qui
nam ejus partem
tum quia privilegia i
quia talis revera jar
Ecclesiam quodam
parium terræ per 40.
drali & per 30. passus
adjacens 279. Can. sic
firmit 35. caus. XVII
pellæ non sint intrâ
Can. quisquis 21. cau
in talibus Ecclesiis vel
servari regulariter no
nitas subinde totum
tum asyli jure gaudere
de Ecclesiis vel capellis
pidorum existentibus,
munitate gaudent ac ex
po. Hoc jus non exten
quæ intrâ dictum spati
nivit. Bene tamen ad d
Ecclesiæ ut Can. quisq
sicut qui fugiens venit
pulum penes Ecclesiæ
postquam ad ipsam Ecc
eodem gaudet, etsi
vel deambulet intrâ di
in domo extraneâ laic

Nec obstat : quod per injuriosam sanguinis vel seminis effusionem in prædictis locis Ecclesia non polluat; quia in odiosis illa non veniunt nomine Ecclesiæ. Idem est de omni eo, quod ad Ecclesiam pertinet eique adhæret, unde gaudet asylo qui ad Ecclesiam fugere volens clausam ejus januam reperit, atque saltem januam vel ejus feram aut vectes tangit; ut refertur declarasse S. Congreg. & qui existit in tecto Ecclesiæ, aut qui aliam ejus partem exteriorem v.g. parietem tangit: tum quia privilegia immunitatis sunt amplianda, tum quia talis reverà jam adhæret loco sacro. Insuper ad Ecclesiam quodammodo reducitur & jure asyli gaudet spatium terræ per 40. passus Ecclesiæ majori seu Cathedrali & per 30. passus Ecclesiis minoribus vel Capellis adjacens arg. Can. sicut antiquitus 6. J. G. & Can. diffinit 35. caus. XVII. Q. 4. modò Ecclesiæ vel Capellæ non sint intrà ambitum murorum Castellorum Can. quisquis 21. caus. XVII. Q. 4. Ratio est: quia hoc in talibus Ecclesiis vel Capellis ob angustiam loci observari regulariter non potest, eò quod aliàs immunitas subinde totum Castrum absorberet, & hoc totum asyli Jure gauderet; hæc autem ratio non tenet de Ecclesiis vel capellis intrà muros Civitatum & Oppidorum existentibus, quæ æquè dictorum passuum immunitate gaudent ac existentes in pagis vel aperto campo. Hoc jus non extenditur ad domos laicales extraneas, quæ intrà dictum spatium existunt arg. cit. Can. diffinit. Bene tamen ad domos Clericorum ministrorum Ecclesiæ ut Can. quisquis 21. J. G. V. domos. catenum, sicut qui fugiens venit ad præfatum spatium 40. v. 30. passuum penes Ecclesiam asylo gaudet; sic etiam qui postquam ad ipsam Ecclesiam confugit & in eâ existit, eodem gaudet, etsi egrediatur Ecclesiâ & moretur vel deambulet intrà dictum spatium dummodo non sit in domo extraneâ Laicali cit. Can. diffinit, solet ta-

men in Civitatibus, in quibus plures Ecclesiæ sunt, istud spatium determinatum & separatum esse, ut constet an in loco an extrâ locum immunitatis existat reus.

2. Competit Jus asyli cæmeteriis non tantum Ecclesiæ contiguis, sed etiam separatis ab eâ, dummodo authoritate Episcopi sint erecta, & ad sepulturam fidelium deputata, ut probatur tum ex rubr. de immunit. Eccles. Cæmeterii &c. & cap. cum Ecclesia 5. & cap. fin. de immun. Eccles. *addidi*: authoritate Episcopi &c. quia, si constet Cæmeterium ab Ecclesia separatum authoritate Episcopi non esse erectum vel pro sepultura fidelium deputatum, Jure asyli caret, etsi in eo jam aliqui essent sepulti: quia tale Cæmeterium non numeratur inter loca sacra vel religiosa: in dubio tamen, si aliqui in Cæmeterio sepulti jaceant, præsumitur illud authoritate Episcopi deputatum.

3. Competit Jus asyli Oratoriis etiam privatis authoritate Episcopi erectis atque ad divinum cultum deputatis, licet non sint consecrata. *Ratio est*: quia talia oratoria sunt loca sacra vel religiosa arg. cap. adhuc

4. de relig. dom. hæc autem omnia gaudent asylo L. pateant 3. C. de his qui ad Eccles. lib. 1. tit. 12. & Bullâ Greg. XIV. *Cum alias*: in quâ indistinctè locis sacris aut religiosis Jus asyli competere dicitur.

4. Jus asyli competit omnibus Monasteriis & Conventibus Religiosorum earumque domibus & habitationibus religiosis authoritate Episcopi erectis. Ita communis sententia arg. Can. quisquis 21. Caus. XVII. q. 4. L. omnia privilegia 35. C. de epif. & Cler. lib. 1. tit. 3. & Bulla Greg. XIV. ibi: Monasteriis domibus locisque sacris aut religiosis, ubi nomine monasterii veniunt non tantum interiora Monasterii Claustra, Cellæ ac habitacula, sed etiam ejusdem hortus, area, domus familiarum, stabula animalium, officina, cun-

ctaque

DE IMMUNITATE
 que alia loca, quæ
 arg. L. pateant 3
 tit. 12. & arg.
 VIII. q. 4. & Bulla
 etiam in favorabi
 religiosa sunt: cum,
 Accedit ubique r
 preces.
 Jus asyli competi
 charitatis, miseri
 sumve prim usum dei
 consequenter religio
 peregrinis,
 pro educ
 seu valedudinaria
 Ratio est:
 cap. adhuc de relig.
 dictis locis c
 C. de Epif. & C
 Competit etiam J
 Eucharistia Sacramen
 unde reportatur a
 Ratio est: tum qu
 Sacramentalibus
 locum sacrum ac relig
 videtur, quod, cum de
 deant, qui confugiunt a
 his qui ad ista, confug. h
 veniunt, qui ad Regem
 emæ confugiunt. Itâ
 Cong. excipitur casus,
 Sacramentum ad reum in
 solo non gaudet, etsi ta
 mum Sacramentum po
 consuetudo, ex quâ nequ

taque alia loca, quæ intra monasterii septa continen-
tur arg. L. pateant 3. C. de his qui ad Eccles. confug.
lib. 1. tit. 12. & arg. Can. id constituimus 36. caus.
XVII. q. 4. & Bulla Greg. XIV. Ratio est: quia hæc
loca etiam in favorabilibus veniunt nomine monasterii
& religiosa sunt: cum, quæ religiosis adhærent, religiosa
sint. Accedit ubique recepta consuetudo optima legum
interpretes.

5. Jus asyli competit omnibus & singulis locis piis
ad charitatis, misericordiæ, religionis &c. opera
aliumve pium usum destinatis auctoritate Episcopi ere-
ctis consequenter religiosis, qualia sunt Xenodochia pro
pauperibus peregrinis, nosocomia pro infirmis, or-
phanotrophia pro educandis pueris & puellis, hospi-
talia seu valetudinaria pro senibus & debilibus & alia
hujusmodi. Ratio est: quia talia loca sunt verè religiosa
arg. cap. adhæc de relig. dom. & privilegia Ecclesiis con-
cessa etiam dictis locis concessa intelliguntur cit. L. om-
nia 35. C. de Episc. & Cler.

6. Competit etiam Jus asyli reis confugientibus ad
SS. Eucharistiæ Sacramentum, quod portatur ad ægro-
tum vel inde reportatur aut in processione circumfer-
tur. Ratio est: tum quia præsentia Christi sub spe-
ciebus Sacramentalibus pro tempore videtur facere
locum sacrum ac religiosum. Tum quia indecens
videtur, quod, cum de jure civili illi jure asyli gau-
deant, qui confugiunt ad statuas principis L. un. C. de
his qui ad stat. confug. lib. 1. tit. 25. isti tali jure pri-
vati sunt, qui ad Regem Regum ac Dominum cæli &
terræ confugiunt. Ità quoque declarasse refertur S.
Cong. excipitur casus, quo portatur Sanctissimum
Sacramentum ad reum in carcere detentum; hic enim
asylo non gaudet, etsi tangat vestes sacerdotis Sanctis-
simum Sacramentum portantis: ut probat communis
consuetudo, ex quâ neque asylo gaudet quis ex eo, quod

Sacram Communionem sumpserit & Christum in se contineat. Ratio est : quia Eucharistia non sumitur, ut ab aliis in eo, qui sumpsit, colatur, sed ut sumens illam spirituali animæ cibo reficiatur. Multo minus asylo gaudet confugiens ad sacerdotem oleum sacrum ad infirmos portantem ; eò quod huic neque Jus, neque paritas rationis, nec consuetudo fa- veat.

7. Jus asyli competit etiam palatio seu domui Episcopi non tantum existenti intra 40. passus ab Ecclesiâ Cathedrali, in quo ferè omnes conveniunt, sed etiam longius distante. Ità gl. in Can. id constituimus 36. caus. XVII. Q. 4. V. vel domo. Ratio est : quia, si solum palatium intra & non extrà 40. passus existens haberet jus asyli, eidem nihil speciale à reliquis domibus clericorum competeret : cum etiam his existentibus intrà spatium 40. passuum idem privilegium juxtà dicta competat. In praxi verò attendenda est consuetudo, quæ in loco viget.

8. Competit jus asyli palatiis Cardinalium etiam illorum, qui non sunt Episcopi ex privilegio vel consuetudine, quam tamen modo sublatam Romæ testantur practici Romani, ne ob nimiam asylosum frequentiam delinquentes passim manerent impuniti cum gravi boni publici jacturâ.

Q. 2. Quænam personæ gaudeant jure asyli ?

R. I. Omnes laici arg. cap. inter alia 6. de immuni. Eccles. & ex Bullâ Greg. XIV. licet sint personaliter interdicti aut excommunicati etiam vitandi ; cum censuræ non habeant effectus in jure non expressos. *Nec obstat* : quod excommunicatio privet communi- one fidelium, & interdictum ingressu Ecclesiæ. Quia vi censurarum non obligatur cum periculo corporis aut vitæ ; & dato quod vi censurarum etiam cum periculo corporis & vitæ obligaretur, non sequeretur excom- municatos, aut interdictos esse privatos asylo, cum

asylo

DE IMMUNI
silo uti possint abs
communicatio non
realis sed commun
ingressum Ecc
ad arbitrium Ecc
domum Episcop
nomine Ec
edere, quod idem
utrumque commu
nate.

Jure asyli gau
tum qua constit
vni indistinctè loqu
gum potius est local
autem locale extendi
pecialiter non except
terioris conditionis
Cicci nullibi reperiat
quod certi malef
sunt excepti, tum
long.

Non obstat 1. Quo
mentionem faciat
quia Papa eam princip
contra principes & po
privilegium & indul
inquentes laicos pro li
Clericos talia indul
tenebant, imò defe
tendere poterant, non
viciis de Clericis aliq
Non obstat 2. Quod
hoc autem Cleri
& membris non p
va; nam etiam exist

asylo uti possint absque violatione censuræ: quia excommunicatio non prohibet ingressum Ecclesiæ materialis sed communionem fidelium; interdictum verò licet ingressum Ecclesiæ veter, posset tamen interdictus ad ambitum Ecclesiæ, ad monasterium, hospitale, domum Episcopi &c. quæ omnia in odiosis non veniunt nomine Ecclesiæ, confugere, ibique asylo gaudere, quod idem facere posset excommunicatus, aliorumque communionem pro possibili solum vitare.

2. Jure asyli gaudent probabiliter Clerici. Ratio est: tum quia constitutiones tribuentes criminosis jus asyli indistinctè loquuntur, tum quia hoc privilegium potius est locale quam personale: privilegium autem locale extenditur ad omnes in loco existentes specialiter non exceptos, tum quia aliàs Clerici essent deterioris conditionis, quam laici. Præsertim cum Clerici nullibi reperiantur exclusi sed potius inclusi, ex eo, quod certi malefactores in specie à dicto privilegio sint excepti, tum quia ità refertur declarasse S. Cong.

Non obstat 1. Quod Bulla Gregoriana tantum de laicis mentionem faciat. Nam hoc ideò factum est: quia Papa eam principaliter edidit pro favore laicorum contra principes & potestates sæculares, qui prætextu privilegiorum & indultorum, quibus abutebantur, delinquentes laicos pro libitu extrahebant, & quia contra Clericos talia indulta non habebant, nec aliquem extrahebant, imò defectu jurisdictionis in eos nullum extrahere poterant, non erat necesse, nec fini Bullæ conveniens de Clericis aliquam facere mentionem.

Non obstat 2. Quod jus asyli protegat vitam & membra: hoc autem Clericis non sit necessarium, qui in vitâ & membris non puniuntur ab Ecclesiasticis judiciis; nam etiam existentes in loco asyli fiunt immunes

nes ab aliis pœnis arg. cap. inter alia 6. de immu-
Eccles. ibi: *nec inde damnari debet ad mortem vel ad
pœnam* ubi Gl. ait: ab omni pœnarum genere sunt
securi. Quod etiam expressè habetur Can. id consti-
tuimus 36. caus. XVII. Q. 4.

Non obstat 3. Quod SS. Canones velint Clericos
criminofos puniri; quia solum gravioribus pœnis pu-
niri non possunt, si ad asylum securitatis gratiâ fugiant,
levioribus verò vel etiam aliquo modo gravioribus
pœnis non ad vindictam publicam, sed correctionis
gratiâ infligendis, etiam in ipso loco sacro puniri pos-
sunt: quia ab hoc pœnarum genere solam correctio-
nem ipsius delinquentis respiciente non liberat jus asyli
arg. cap. inter alia. cit sicut nec à præstandâ lælo satis-
factione eximit. Can. reum 8. & Can. id constituimus
36. caus. XVII. Q. 4.

Non obstat 4. Quod Clerici ferè omnes in locis im-
munitatis, habitent, unde si in illis existentes puniri
non possint, maximum sequitur præjudicium disciplinæ
Ecclesiasticæ: nam plurimæ eorum domus non exi-
stunt intrâ 40. passus prope Ecclesiam, vel etiamsi ibi
maneant, tamen aliis pœnis Jus asyli non violantibus
v.g. censuris, depositione ab officiis, privatione bene-
ficii ac etiam aliis correctivis coërceri possunt, præter-
quam quod ob delicta excepta extrahi possint sicut
laici.

3. Religiosi non gaudent jure asyli contrâ superiores
proprius, etsi fortè aliquando gavisi fuissent, de fa-
cto tamen illud esset consuetudine abrogatum, eò quod
universalis praxis ac consuetudo apud omnes religiones
notoriè vigeat graviter etiam carcere perpetuo ac Tri-
remibus vel expulsionem ab ordine &c. puniendi delin-
quentes religiosos sive in, sive extra monasterium de-
linquant, sive cum, sive absque animo fruendi asylo
in monasterio aut alio loco religioso sint, quæ con-
suetu-

DE IMMUNI
Secundo & praxis n
tueratur sed etiam
confirmata atque pr
probatis stabilita
4. De Judæis pa
tum non credentib
e asylo: tum qui
quuntur; tum qu
personalis; tum
quia exceptio u
tum.
5. Hæretici gaude
ob oblatum delictum
religiosum locum, rat
dentibus; quibus no
ob asylo excluduntur
ob oblatum crimen fugit
tate per accidens; r
tum excludit, nisi
tate vult pœnam ob
pœnia ubi hæretic
tum quid patitur, hæ
tate tamen in aliis lo
Oficium, vix prode
ibidem non tolerentur
sacro extrahuntur. N
tracti, unquam poterun
tum sacrum condemna
bitur. Dixi: si no
sive Ecclesiam confug
tum gaudere asylo, ut
Q. 3. Quamnam sint
pœnae asyli?
re. Quæ in Bullâ Gr
tum per extensam re

suetudo & praxis non tantum à summis Pontificibus toleratur sed etiam commendatur ac specialibus Bullis confirmata atque propriis ordinum statutis à sanctâ sede approbata stabilita est.

4. De Judæis paganis aliisque infidelibus in Christum non credentibus valde probabile est, eos gaudere asylo : tum quia jura universaliter ac indistinctè loquuntur ; tum quia jus asyli est privilegium locale non personale ; tum quia favores sunt extendendi ; tum quia exceptio unius firmat regulam in contrarium.

5. Hæretici gaudent jure asyli, si non ob hæresin, sed ob aliud delictum fugiant ad Ecclesiam aut alium religiosum locum, rationes sunt eadem, quæ in præcedentibus ; quibus non obstat Bulla Gregoriana, in quâ ab asylo excluduntur hæresis rei ; quia in casu, quo ob aliud crimen fugit ad Ecclesiam, hæresis se habet merè per accidens ; nec constitutio Gregoriana hæreticum excludit, nisi quatenus per locum asyli declinare vult pœnam ob hæresin infligendam, hinc in germania ubi hæretici tolerantur, nec ob hæresin quis quid patitur, hæc sententia passim practicatur, quæ tamen in aliis locis, ubi viget S. inquisitionis Officium, vix prodesset, hoc ipso, quod hæretici ibidem non tolerantur, sed ubi sciuntur, etiam ex loco sacro extrahantur. Nam postquam legitimè sunt extracti, utique poterunt etiam ob alia delicta extrâ locum sacrum condemnari ac puniri, cum nihil ampliùs obstat. *Dixi* : si non ob hæresin : ob hanc enim si ad Ecclesiam confugit hæreticus, certum est eum non gaudere asylo, ut patebit ex dicendis.

Q. 3. Quænam sint crimina excepta, ob quæ negatur jus asyli ?

R. Quæ in Bullâ Gregorii XIV. cum aliis nonnulli (quam per extensum refert Reiffenstuel & probat obligare

gare in uniuersa Ecclesia Catholicâ) §. 3. his verbis enumerantur: ut laicis ad Ecclesias locaque sacra & religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones viarumque grassatores, qui itinera frequentata vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, qui que homicidia & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis earumque cæmiteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassiniū vel hæresis vel Læsæ Majestatis in personam ipsius principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragetur.

Hinc imò asylo caret publicus latro: id est talis, qui prædæ vel rapinæ causâ homicidium seu potius Latrocinium publicè committit arg. L. capitalium 28. §. 15. ff. de pœn. lib. 48. tit. 19. hinc plura requiruntur ad hoc, ut quis dicatur publicus latro asylo carens imò ut verè homicidium committat; 2dò ut id sæpiùs faciat: unicus enim aut alter actus nondum efficit publicum latronem carentem jure asyli; tum quia vox publicus frequentiam denotare videtur, nam sicut publica meretrix dici non potest ex unâ fornicatione nec publicus usurarius ex unico actu usuræ; ità etiam publicus latro quis dici nequit ex uno latrocinio prædæ causâ facto arg. L. quis sit fugitivus 17. §. 14. ff. de ædilit. edict. lib. 21. tit. 1. tum quia ipsum nomen latronis frequentiam denotat. 3tiò Ut fiat auferendi causâ arg. Can. cum homo 19. caus. XXIII. q. 5. hinc qui inimicitæ, vindictæ causa aut rixarum occasione homicidium licet sæpiùs committit, non dicitur latro, sed homicida. 4tiò Ut fiat in locis, viis aut itineribus publicis frequentatis: quia publici latrones non dicuntur ex eo quod palam coram aliis latrocinia committant, sed partim quia latrocinia frequentant; partim quia ex insidiis prodeunt viatorem in viis ac itineribus publicis

DE IMMUNITATIBUS
 publicis aggrediuntur
 vii aut loco privat
 pædæ causâ occide
 asylo privando
 videtur publicis
 prædæ causâ
 sit locus cont
 præfatum vii
 non minus sed
 perniciosum,
 ubi securè hab
 requiritur, ut
 latrocinii constet.
 vel dubium aut v
 1. Asylo caret gra
 do distinguitur à latro
 necibus frequentatis a
 homines absque cæde
 distinctionem ex Bullâ
 lum 28. §. 10. ff. de
 vias, qui prædæ causa
 caduntur. In hoc prop
 de publico latrone: ut
 te vel etiam aliis videnti
 aliena auferunt, asylo
 minima excepta non nu
 que grassatoribus viarum
 3. Asylo caret dep
 qui agrorum segetes
 tur, eosdem combu
 do dic. Sive animo no
 consulendo id faciant,
 cubè; cum jura indis
 vel de facto notorium
 factam. Dixi: veram
 1. 2. Theol. Schol.

blicis aggrediuntur. Ex quo infertur: quod si quis in viâ aut loco privato non frequentato aliquem etiam prædæ causâ occideret, latro publicus non diceretur, ac ita asylo privandus non esset. Attamen annumerandus videtur publicis latronibus, qui in domibus privatorum prædæ causa occidit: cum enim domus licet privata sit locus continuò frequentatus, meritò ad effectum præfatum viis publicis æquiparatur, præsertim quod non minus sed majus sit malum bonoque publico magis perniciosum, homines etiam in domibus propriis, ubi securè habitare sperant, aggredi. Itò, Deum requiritur, ut notoriè vel de jure, vel de facto de atrociniis constet. nec sufficit præsumptio, aut suspicio vel dubium aut vulgi rumor.

2. Asylo caret grassator viarum: qui strictè loquendo distinguitur à latrone publico in hoc, quod in itineribus frequentatis aut stratis publicis prædæ causa homines absque cæde aggrediatur. Desumitur etiam distinctio tum ex Bullâ Gregorianâ, tum ex L. capitalium 28. §. 10. ff. de pœn. lib. 48. tit. 19. *Grassatores, qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur.* In hoc proportionaliter applicanda sunt dicta de publico latrone: unde sequitur: fures, qui occultè vel etiam aliis videntibus, attamen sine vi vel armis aliena auferunt, asylo non privari: quia furtum inter crimina excepta non numeratur, neque fur latronibus aut grassatoribus viarum annumeratur.

3. Asylo carent depopulatores agrorum: & sunt ii, qui agrorum segetes aut vinearum fructus depopulantur, eosdem comburendo, destruendo, devastando &c. Sive animo nocendi domino, sive sibi malè consulendo id faciant, sive hoc fiat publicè, sive occultè: cum jura indistinctè loquantur, modo de jure vel de facto notorium sit, depopulationem veram esse factam. Dixi: veram ad excludendum casum, quo

quis agros aut segetes non depopulatur, sed aliquam tantum partem latendo v.g. vastat, aut aliquos manipulos segetum simpliciter furatur: cum jura tantum loquantur de vero depopulatore agrorum aut segetum, qualis solus ille dicitur: qui totaliter vel graviter vastat, comburit, vel alio modo destruit segetes ex L. 1. C. quando liceat unicuique lib. 3. tit. 27. aliqui dicta limitant ad depopulatorem nocturnum non diurnum, sed probabilius videtur depopulatorem diurnum etiam carere asylo: cum Bulla Gregoriana omittat particulam: *nocturnus*, & velit, ut secundum disposita in eâ judicetur & agatur, licet antiquiores canones (in quibus particula: *nocturnus* additur) mitiores fuissent.

4. Jure asyli carent, qui homicidia vel mutilationes (id est: membri alicujus specialem aliquam functionem habentis à corpore separationes) in ipsis Ecclesiis vel cæmeteriis committunt; unde non privantur asylo vulnerantes, modo ex vulnere non tollatur membrum nec sequatur mors. Sed 1. mò illi, qui sive intrâ sive extrâ Ecclesiam existentes occidunt existentes in Ecclesiis vel cæmeteriis: quia tales reverà occidunt in Ecclesia; quod etiam tenet in eo, qui existentem in Ecclesia lethaliter vulneravit, licet domum delatus postea domi moriatur, non tamen in eo qui lethaliter vulneravit extrâ Ecclesiam, etsi postea in Ecclesia ex illo vulnere moriatur: eò quod causa efficax mortis nullo modo posita sit intrâ Ecclesiam. 2.ò, illi qui extrâ existentes mandant aliquem occidi intrâ Ecclesiam: tum quia, qui facit per alium perinde est, ac si faciat per seipsum Cap. qui facit 72. de RR. J. in 6. tum quia executio mandati potius mandanti, quam executori imputatur Cap. ut famæ 35. §. laici de sent. excom. ibi: *cum hoc non ipsi, sed illi, quorum autoritate id faciunt, facere videantur.* 3.ò, Illi qui existentes in Ecclesiâ existentem extrâ Ecclesiam occidunt vel mu-

tilant

DE IMMUNIT.
 tant: tum quia tale
 etiam mortis vel n
 occidi in ipsâ Ecclesi
 alioquin in ipsâ Ec
 rem interunt, abu
 rationem mortis effica
 ab aliquibus ad eu
 quem occidi vel mu
 tationem asylo, qui pr
 uca, vel Scalis Ecclesi
 Ecclesia vel in hori
 mutilationem, incertum et
 nis Clementis VIII. qu
 citur.

5. Quod alia crimi
 nus videatur: quod fi
 sis vel Cæmeteriis cor
 non gaudeat asylo,
 Greg. XIV. Negativa
 expresse declaratur: so
 rare asylo, non alia et
 pressis, aut adit paritas
 nis; & certè, si Ponti
 in Ecclesiis commissa a
 specie expressisset: dedi
 am errandi, præsertim
 delinquentes graviter in
 6. Jure asyli carent, q
 aut, sed dubitatur, q
 in quo dubio verosi
 cum proditorii, qui velu
 conditionis aut persona
 specialiter obligati, ve
 felicitatis, societatis
 cedunt, ita ut homicid

tilant: tum quia tales in ipsâ Ecclesiâ ponunt causam efficacem mortis vel mutilationis, & sunt revera rei homicidii in ipsâ Ecclesia: tum quia etiam verè ac propriè delinquunt in ipsâ Ecclesiâ ipsique Ecclesiæ injuriam gravem inferunt, abutentes illâ ad cædem seu iniquam actionem mortis efficaciter causativam. Quod extenditur ab aliquibus ad eum qui existens in Ecclesiâ mandat aliquem occidi vel mutilari extrâ Ecclesiam. An autem gaudeant asylo, qui propè Ecclesiam v.g. in atrio, porticu, vel Scalis Ecclesiæ, vel intrâ 40. vel 30. passus ab Ecclesia vel in hortis monasteriorum occidunt vel mutilant: incertum est ob incertitudinem declarationis Clementis VIII. quæ pro sententia negativa adducitur.

5. Quoad alia crimina: licet juri communi conformius videatur: quod furtum & alia crimina in Ecclesiis vel Cæmeteriis committentes sub spe immunitatis non gaudeant asylo, attamen hodie spectatâ Bullâ Greg. XIV. Negativa est verior, quia in Bullâ §. 2. expressè declaratur: sola crimina ibidem expressa privare asylo, non alia etsi æquipolleant aliis in jure expressis, aut adsit paritas, identitas, aut majoritas rationis; & certè, si Pontifex voluisset etiam alia delicta in Ecclesiis commissa asylo carere, incongruè duo in specie expressisset: dedisset enim Prælati Ecclesiæ ansam errandi, præsertim cum facilè potuisset dicere: delinquentes graviter in Ecclesiâ.

6. Jure asyli carent, qui proditoriè proximum occidunt, sed dubitatur, quinam sint homicidæ proditorii; in quo dubio verosimilius est, eos esse reos homicidii proditorii, qui velut amici, vel ex statu muneris, conditionis aut personæ ad amicitiam aut fidelitatem specialiter obligati, vel saltem sub aliquâ amicitiae, fidelitatis, societatis vel necessitudinis specie occidunt, ita ut homicida proditorius sit, qui nulla

præcedente inimicitia aut rixa occidit, & quando occiditur quis à vero vel simulato amico vel ad amicitiam aut fidelitatem specialiter obligato, ita ut prudenter nec timeatur occisio nec caveatur; prout fit, si nulla præcedente inimicitia vir uxorem, servus Dominum, filius parentem aut econtra, aut si quis fratrem, socium itineris, commilitonem, contubernalem, familiarem occidat; item si quis quidem non sit positivus amicus nec ad amicitiam vel fidelitatem specialiter obligatus, attamen sub hujusmodi specie occidat, ita ut, ubi amicitia vel simulata vel debita non est, vel si inter tales intervenerit inimicitia aut rixa per reconciliationem non tam sublata, homicidium proditorium nunquam committatur, etsi quis per industriam vel insidias v. g. à tergo vel veneno vel alio modo occidatur, ita ut hic & nunc se defendere non possit, prior expositio homicidii proditorii probatur tum ex S. Script. in quâ Ps 40. jaxtà interpretes v. 10. & Ps. 54. v. 14 & 15. designatum fuit factum proditorium Judæ, quia amici aut ad amicitiam obligati. tum ex L. servum 6. C. de delator. lib. 10. tit. XI. in quâ servus Dominum deferens proditorum pœnis subjicitur; utique quia ad fidelitatem & amicitiam Domino vi statûs sui est obligatus. & L. cujusque 4. ff. ad L. Jul. majest. lib. 48. tit. 4. Proditor habetur qui vel ut dux aut miles aut alius patriota exercitum hostibus prodit. Concordat. L. omne 6. §. 4. & l. proditores 7. ff. de re milit. lib. 49. lib. 16. Idem delimitur ex Can. Clericus qui 3. dist. XLVI. ubi proditores adulatoribus, qui utique amicitiam simulant æquiparantur, tum quia S. Congreg. à Pignat. tom. 2. consult. 3. N. 29. declarasse refertur: ad probationem homicidii proditorii requiritur amicitia præcedens & N. 30. Non est proditor, qui occidit inimicum etiam per insidias & à tergo. Accedit Tribunalium praxis & consuetudo, ex quâ constat, quod

DE IMMUN
quod etsi non pat
tergo & per insidias
ne nunquam fuer
mici: an homic
Romi Ordinarii ne
sentiam indagat
ham & insidias
inimicitia vel rixæ
voluerit amicitia ne
vni asylo non gau
dere inimicitia par
tem, consanguinei
occidens est amicus
bonis carentem v. g.
tum aut anentem
confusionis occidat
præcedente inimicit
contubernalem, cor
cidit; idem est de
occidente: quia or
supponunt esse am
amicitiam sunt hon
jam reconciliatum,
data est, nullâ novâ i
dit: quia talis verè f
sive vel simulavit, oc
aut pacem factam ne
res, colloquia, cor
qui inimicus fuit, p
tate non potuit v. g.
casu in domo vel foc
ta non est homicidi
tur præcedente irâ,
verborum contentio
semper in duello ac

quod etsi non pauci præcipuè in Italiâ inimicos suos à tergo & per insidias occiderint, ex hoc capite immunitate nunquam fuerint privati; imò emergente controversiâ: an homicidium fuerit proditorium nec ne? RRmi Ordinarii non solent ad ferendam quoad jus asyli sententiam indagare: an homicidium fuerit per industriam & insidias commissum, sed an præcesserint inimicitia vel rixæ. nec ne? vel an vera aut simulata adfuerit amicitia nec ne: ex quibus homicidæ proditorii asylo non gaudentes sunt: idè qui nullâ præcedente inimicitia parentem, prolem, conjugem, affinem, consanguineum occidit: quia respectu talium occidens est amicus vel esse debet, licet etiam usu rationis carentem v.g. fœtum in utero materno aut infantum aut amentem v.g. spe hæreditatis, aut timore confusionis occidat ex eâdem ratione. 2. Qui nullâ præcedente inimicitia dominum suum, familiarem, contubernalem, commilitonem, socium itineris occidit; idem est de caupone peregrinum aut econtrâ occidente: quia omnes hi vel sunt vel deberent & supponuntur esse amici 3. Omnes etiam simulantes amicitiam sunt homicidæ proditorii. 4. qui inimicum jam reconciliatum, vel cui fides de non offendendo data est, nullâ novâ inimicitia aut rixâ emergente occidit: quia talis verè sub specie amicitia, quam promissit vel simulavit, occidit; ad hanc reconciliationem aut pacem factam non sufficiunt communes salutationes, colloquia, convivia, si adhuc non sponte is, qui inimicus fuit, pervenit, sed quia commodè declinare non potuit v.g. ne haberetur inurbanus, vel quia casu in domo vel societate quâdam convenerunt. Econtrâ non est homicidium proditorium, quod committitur præcedente irâ, indignatione, inimicitia, rixâ, verborum contentione &c. & quia saltem unum ex his semper in duello accidit; ideò in hoc occidens non

est homicida proditorius, sed gaudet asylo, sive aliàs amicus fuerit, sive inimicus,

7. Jure asyli carent rei assassinii, est autem assassinium crimen, quo pro pecunia aut alia re pretio æstimabili acceptâ vel promissâ committitur homicidium, assassini verò sunt & dicuntur tam illi, qui pretio conducti alium occidunt, quam qui pretium dant, aut promittunt, ut homicidium committatur arg. cap. 1. de hom. in 6. ubi aliqui putant requiri, ut effectus sit secutus. Alii verò ducti arg. cap. 1. de homicid in 6. §. 2. ibi: *Quempiam Christianorum per dictos assassinos interfici fecerit, vel etiam mandaverit (quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur)* judicant sufficere, quod sit assassinus: etiamsi effectus nondum sit secutus. Illud certum est: quod gaudeat immunitate Ecclesiastica, qui mandat & mandatum recipit vel cooperatur propter pretium acceptum vel promissum, ut faciem ferro deformet aut vulneret: quia tales improprie sunt assassini ex declaratione S. Cong. relatâ à pignatell. tom. 2. consult. 68. n. 9. an requiratur constitutio certi & determinati pretii, vel sufficiat indeterminati pretii promissio: & an sufficiat pretium quaecunque vel requiratur pretium notabile: est incertum: hoc certius est: assassinum non esse nec immunitate privari, qui absque pretio sibi dato vel promisso solâ spe præmii & animo complacendi alteri aliquem occidit: quia de quidditate assassinii hodierni est datio vel promissio pretii,

8. Jure asyli privantur hæretici, nempe si ob crimen hæresis ad Ecclesiam confugiant de quo supra.

9. Asylo carent rei criminis læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis. Est autem crimen læsæ Majestatis: quando exercetur aliqua actio positiva in ejusdem personæ damnum v.g. percutiendo, vulnerando

DE IMMUN
rando, carcerand
do personam Princ
conjurando, host
patur, aut tales
auxilium & favore
periana utpote odic
est interpretanda, h
illi soli, qui in
de quoad temporali
in soli in jure non
angel. tit. de immu
venit summus Ponti
tribus superiores
rator, Reges Germa
ria, Angliæ, Portug
ac reliqui Reges ite
item Archiduces ac I
Saxoniar, Parmæ, N
ra, Helvetiar, Janu
territorio superiorer
tionibus Comitibu
num jus habent & su
tamen uxores, fratre
rum Principum: cu
non agnoscetes sup
neque supremi & in
rice Reges &c. Ob e
quis s. prin. C. ad L
ledunt Consiliarios
jeltatis, attamen non
vantur asylo peccante
supremi, vel in statu
tando v.g. rebellione
contra personam ipsi
Ob alia crimina

rando, carcerando, occidendo aut hostiliter insequendo personam Principis. Item contra eam machinando, conjurando, hostibus tradendo aut revelando, ut capiatur, aut tales actiones mandando, consulendo, auxilium & favorem præstando. Quia vero Bulla Gregoriana utpote odiosa: quia restringit jus asyli, strictè est interpretanda, hinc nomine Principis hic intelliguntur illi soli, qui in suo territorio plenum jus obtinent, & quoad temporalia superiorem non agnoscunt: cum hi soli in jure nomine Principum veniant ut advertit Engel. tit. de immun. Eccles. hinc 1. nomine Principis venit summus Pontifex nec in temporalibus nec in spiritualibus superiorem agnoscens. 2. Romanus Imperator, Reges Germaniæ, Hispaniæ, Galliæ, Hungariæ, Angliæ, Portugalliæ, Poloniæ, Croatiæ, Siciliæ, ac reliqui Reges item S. R. I. Electores & Principes, item Archiduces ac Duces Austriæ, Baviaræ, Sabaudiarum, Saxoniarum, Parmæ, Modenæ, Capita reipublicæ Venetæ, Helvetiæ, Januensis &c. Cum hi omnes in suo territorio superiorem non agnoscant; idem est de Marchionibus Comitibus illis, qui in suo territorio plenum jus habent & superiorem non agnoscunt. 3. Non tamen uxores, fratres, aut filii Regum, aut supremorum Principum: cum non sint in territoriis supremi non agnoscentes superiorem. 4. Neque Consilarii neque supremi & intimi ministri, Præsides, Legati, vice Reges &c. Ob eandem rationem & licet ex L. quisquis 5. prin. C. ad L. Jul. Majest. lib. 9. tit. 8. ii qui lædunt Consilarios Principum dicantur rei læsæ Majestatis, attamen non privantur asylo. Sicut neque privantur asylo peccantes in statuam aut effigiem Principis supremi, vel in statum aut provinciam Principis excitando v.g. rebellionem, dummodo non fiat machinatio contra personam ipsiusmet Principis supremi.

Ob alia crimina etiam atrocissima præter hic expressa

non privatur quis jure asyli; ut probatur tum ex generali principio: exceptio firmat regulam in contrarium videl. in casibus non exceptis. Tum ex Bullæ verbis: sublatâ aliter judicandi facultate, & aliis, quibus S. Pontifex declarat se intendere in materiâ immunitatis cuncta ad unam tantum formam reducere non attentâ paritate, identitate aut majoritate rationis, unde crimina, ob quæ olim ex jure communi negabatur asylum, hodie non privant asylo, attamen si ob atrox crimen v.g. occisionis cardinalis vel læsæ Majestatis in statum aut Provinciam, parricidium &c. fugiat quis ad loca sacra, potest Episcopus eum bene custoditum tenere, donec per illum vel potestatem sæcularem Papa informetur & ab eo extrahendi potestas petatur: potest enim & etiam subinde solet Papa ob enormia crimina, licet non sint excepta, extrahendi licentiam dare ad terrorem & exemplum aliorum. Cæterum, qui non laborant crimine excepto, etiam ex carceribus aut manibus satellitum, dum ducuntur ad carceres aut ad supplicium, fugientes gaudent asylo: tum quia nulla adest juris dispositio, quæ à generali concessione asyli tales excludat, tum quia ita refertur declarâsse S. Congreg. à Jacob. Pignatell. tom. 6. consult. 4. n. 78. ubi plures in hâc materiâ declarationes adducit, aliud est, si reus per vim unâ cum satellite intraret Ecclesiam aut necessariò per locum sacrum ad supplicium duceretur.

Q. 4. Quæ competant vi asyli eis, qui ad loca immunitatis confugiunt?

R. Sequentia debent in locis sacris recipi nec possunt inde repelli aut excludi arg. can. reum. 9. caus. XVII. q. 4. ibi: *Rectores Ecclesiarum pacem, & vitam ac membra ejus obtinere studeant.* cap. inter alia 6. de immunit. Eccles. l. 2. & 3. & l. præsentis 6. C. de his qui ad Eccles. confug. lib. 1. tit. 12. Ratio est: tum quia tenentur Rectores Ecclesiarum jura Ecclesiæ ipsiusque

DE IMMUNITATE
 immunitatem defen
 concedatur reis jus
 Rectoribus Eccl
 em, si rei pro libi
 cepti iterum repe
 asyli.
 1. Si reus careat
 facile habere possi
 de bonis suis sui
 re. Ratio est:
 us exire & se potest
 si fame moriendum
 hores Ecclesiarum r
 Duxi: si careat bo
 nec potest Rector eum
 de dissiparet patrim
 quo capite etiam po
 erviendum in com
 in eum factæ de Eccl
 pas & in pauperes
 unde etiam non exp
 diutius in locis sa
 dum Ecclesiæ egentiu
 hinc bene possunt l
 discedat, si cognosc
 cia securè & absque
 eum convenientibus
 culo possint, & nisi:
 3. Non potest in
 rias victum & vest
 requie fruatur l. pr
 confug. & ratio est:
 erendum vel moriet
 beri non possunt, q
 queant, si reverentia

immunitatem defendere. tum quia eo ipso, quod concedatur reis jus ad Ecclesias confugiendi, imponitur Rectoribus Ecclesiæ obligatio eos recipiendi, aliàs enim, si rei pro libitu Rectorum possent non recipi aut recepti iterum repelli, parum aut nihil prodesset reis jus asyli.

2. Si reus careat bonis propriis nec aliunde alimentum facile habere possit, debet Ecclesia vel locus sacer eum de bonis suis sustentare, eique vitæ necessaria præbere. Ratio est: quia aliàs indirectè cogeretur reus exire & se potestati sæculari tradere, cum aliàs esset ipsi fame moriendum. Ex jure autem cit. tenentur Rectores Ecclesiarum rei vitam & membra conservare. *Dixi*: si careat bonis &c. quia alias nec debet, imò nec potest Rector eum de bonis Ecclesiæ alere: quia male dilapidaret patrimonium Christi & pauperum; ex quo capite etiam potest reus cogi ad laborandum & serviendum in commodum Ecclesiæ, ut sic expensæ in eum factæ de Ecclesiæ bonis, quæ non nisi ad causas pias & in pauperes erogari possunt, compensentur, unde etiam non expedit reos propriis destitutos mediis diutius in locis sacris morari, ne ipsi per incommodum Ecclesiæ egentium & pauperum alantur expensis, hinc bene possunt Rectores Ecclesiæ reo suadere, ut discedat, si cognoscant, quod in alio loco aut Provincia securè & absque periculo degere valeat, illucque eum convenientibus modis ducere & dirigere sine periculo possint, & nisi aliud circumstantiæ exigant.

3. Non potest impediri, quominus ipsis necessaria ad victum & vestitum deferantur ipsique necessariâ requie fruantur L. præsentis 6. C. de his qui ad Eccles. confug. & ratio est: quia aliàs indirectè cogerentur ad exeundum vel moriendum. ex quâ ratione etiam prohiberi non possunt, quominus ad naturam exonerandam exeant, si reverentia loci id exigat ex Can. diffinivit 35.

Caus. XVII. Q. 4. ubi propterea triginta passus in Circuitu Ecclesiæ conceduntur.

4. Licet possint sponte exire & sic capi & condemnari: quia sic nulla fit ipsis aut Ecclesiæ injuria, non tamen possunt violenter ab Ecclesiâ aut loco sacro extrahi aut abstrahi, nisi commiserint crimen exceptum Can. diffinivit cit. cap. inter alia 6. de immun. Eccles. L. 2. L. præsentis 6. C. de his qui ad Eccl. conf. ita ut etiam de consensu rei nequeat in Ecclesiâ licitè aut validè capi aut extrahi: cum hoc non sit privilegium personale, cui persona renuntiare possit, sed locale. Unde si reus capi velit, debet prius exire, & quidem sponte; aliàs si Judex fictâ promissione securitatis & impunitatis reum ad egrediendum induxit, debet vel servare fidem promissam, vel iterum reum restituere loco sacro, non enim deseruit reus locum sacrum, nisi sub conditione securitatis. Si absque promissione securitatis reus inducatur ad egressum, tunc vel inducitur absque fraude & mendacio solis blanditiis aut persuasionibus, & tunc immunitatem perdidit: quia nec reus nec Ecclesia læditur, quæ ratio etiam tenere videtur, si alius quam Judex aut à Judice constitutus fraudem faciat, Nec refert: quod reo fuerit illata injuria à tercio; quia hoc Judicem non tangit & sibi ipsi imputare debet reus quod alii crediderit. Vel inducitur ad egressum à Judice vel à constituto per Judicem dolosis & mendacibus verbis sine promissione aliquâ, & tunc debet gaudere asylo, & in statum pristinum restitui: quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent Cap. sedes 15. & cap. ex tenore 16. de rescript. & quia jura deceptis non decipientibus subveniunt. Adde: quod reus in tali casu non sponte & voluntariè censeatur egressus: nam errantis nullus est consensus L. non idcirco 9. C. de jur. & fact. ignor. lib. 1. tit. 18.

3. Existentes in loco sacro non possunt condemnari

ad

ad mortem aut aliam
Can. id constitutum
de immun. E
in pluribus locis c
de, si cuius reus ad
, & non compar
linariam, quam
non possit, nisi reus
prehendatur, quæ
ma valida est: Di
corporalem; quia reus
aria aut alia comp
constituimus 16. cit.
per delictum suum
tum potest sed & debe
pecuniam aut alia bon
tate sit executio in ip
delictum alteri non
competenti competen
ri puniri potest arg.
tamen, quod inique

6. Non possunt sponte
venire ad asyllum C
Caus. XVII. Q. 4. Di
suo Domino re
tum datum restitutio si
suum allatis satisfacere
potest armis prohibitis.

7. Non possunt capi
magi à potestate sæcu
loco asyli fieret Carcer
nam. Nihilominu
à potestate sæculari,
capi possit, quia per

ad mortem aut aliam pœnam corporalem Can. reum 9. Can. id constituimus 36. caus. XVII. Q. 4. & cap. inter alia 6. de immun. Eccles. notant tamen aliqui huic juri in pluribus locis contrariâ consuetudine derogatum esse, vi cujus reus ad sacra loca confugiens à Judice citatur, & non comparens condemnatur ad pœnam juris ordinariam, quamvis sententia executioni mandari non possit, nisi reus spontè exeat, aut alias extrâ asylum deprehendatur, quæ consuetudo soli juri humano contraria valida est: *Dixi*: ad mortem vel aliam pœnam corporalem: quia reus existens in loco sacro pœnâ pecuniariâ aut aliâ competente puniri potest arg. Can. id constituimus 36. cit. & cap. inter alia 6. cit. & quidem si per delictum suum alterum damnificavit, non tantum potest sed & debet compelli ad satisfaciendum per pecuniam aut alia bona temporalia, si quæ habet; unde licitè fit executio in ipsius bonis. Si vero bonis careat, aut delictum alteri non obnoxium commisit, alia plagâ pœnitentiâ competentem etiam corporis leviter afflictivâ puniri potest arg. cap. inter alia cit. ibi. *super hoc tamen, quod iniquè fecit, est aliàs legitime puniendus.*

6. Non possunt spoliari rebus suis, quas secum tulerunt ad asylum Can. sicut 6. Can. diffinivit cit. Caus. XVII. Q. 4. *Dixi*: suis: quia aliena utique auferri & suo Domino restitui debent; imò si ob damnum datum restitutio sit facienda, reus de bonis propriis secum allatis satisfacere cogi potest; similiter spoliari potest armis prohibitis, si quæ secum tulit.

7. Non possunt capi nec carcerari nec vinculis constringi à potestate sæculari in loco asyli: quia aliàs ex loco asyli fieret Carcer, quod est contrâ immunitatis naturam. Nihilominus potest extrâ Ecclesiam custodiri à potestate sæculari, ne liberè effugiat & exiens facile capi possit, quia per talem custodiam nulli fit vis aut
in-

injuria ; intrâ Ecclesiam autem custodiri non potest aut debet, nisi sit controversia : an reus gaudeat jure asyli nec ne. Aut certo constet esse crimen exceptum, tunc enim potest & tenetur Rector Ecclesiæ aut alterius loci sacri si fuerit requisitus cautè custodire reum adhibitis etiam, si opus foret, carceribus & compedibus, donec in dubio ab Episcopo causa examinetur ac decidatur ut probatur ex Bullâ Greg. XIV. §. 4. ubi Papa curiæ sæculari concedit, quod in casu posito etiam vi extrahere possit reum, si personæ Ecclesiasticæ in casu criminis excepti debitè requisitæ eum tradere, carcerare & custodire recusaverint, ratio est : quia alias crimina illa, aut manerent impunita, aut præberetur potestati sæculari maxima occasio immunitatem Ecclesiasticam violandi ; regulariter tamen in casu posito nequit potestas sæcularis reum in loco sacro sine licentia Episcopi carcerare, vinculis constringere aut alio modo custodire, donec causa ab Episcopo examinetur ex cit. §. 4. *Ratio est* : tum quia locus sacer est alienus à jurisdictione potestatis sæcularis, tum quia Ecclesia est in quasi possessione ipsius rei, in quâ per Judicem sæcularem turbari nequit usque ad decisionem. *Dixi* : regulariter : excipitur enim 1.º, quando Rector loci sacri defectu tutæ custodiæ aut virium implorat Judicem sæcularem pro auxilio : tunc enim non proprio sed Rectoris nomine reum custodit. 2.º, quando Rectores Ecclesiæ debitè requisiti id facere recusant vel adimplere negligunt, ut Pontifex in Bullâ cit. limitat ; tunc enim concedit Papa curiæ sæculari, quod possit reum inde extrahere, ergo multò magis, quod eundem in loco sacro custodire possit : nam *cui licet quod est plus, licet utique, quod est minus.* R. 53. de RR. J. in 6. Reus invitus, nisi sit reus criminis excepti, extrahi non potest. Si autem commiserit crimen exceptum, tam Episcopi, quam inferiores regulares & sæculares Rectores

cliarum non tan
tradere reum, si f
criminis excepti nec
possunt eum juv
& tunc, si sit re
Episcopi aut
potestates sæcular
pignora penâ mo
hoc protestatio ;
non sit ment
tamen
men esse exceptum.
Q. 5. Qualiter tene
restituere ?

Præter peccatum
transgrediantur
reum,
restituerunt, restitu
inde abstractis
arg. cap.
spol. neque ce
si Judex sæc
restitutionem dare de
corporali. Nequ
delictum e
probet, vel notori
ex Bullâ Gre
ad Episcopum
restitutionem, nec po
culis dicat : volo rest
examinatâ causâ, reu
restitutionem pe
quæ extrâ Casum priu
licentia Episcop
& Ecclesia spoliata, co
tenda.
Ec

Ecclesiarum non tantum possunt, sed etiam tenentur extradere reum, si fuerint requisiti (aliàs etiam reum criminis excepti nec custodire nec extradere tenentur, sed possunt eum iuvare ad fugam) ex Bullâ Gregorii XIV. & tunc, si sit reus criminis excepti, non requiritur, ut Episcopi aut alii Ecclesiarum Rectores exigant, vel potestates sæculares præstent juramentum de non infligendâ pœnâ mortis aut corporali, nec requiritur circa hoc protestatio: quia in Bullâ Gregorianâ talis juramenti non fit mentio; neque de licentiâ Episcopi petendâ, tutius tamen est eam petere, licet certò constet crimen esse exceptum.

Q. 5. Qualiter teneantur violantes jus asyli extractum restituere?

R. Præter peccatum mortale, quod incurrunt, eò quod transgrediantur legem Ecclesiasticam in materiâ gravi; tenentur reum, qui gaudebat jure asyli, & quem vi extraxerunt, restituere loco sacro unâ cum omnibus bonis inde abstractis: quia spoliatus ante omnia est restituendus arg. cap. item 6. & cap. conquerente 7. de restit. spol. neque cessat aut suspenditur obligatio restituendi, si Judex sæcularis velit præstare juramentum vel cautionem dare de non infligendâ pœnâ mortis aut aliâ corporali. Neque si Judex sæcularis se offerat ad probandum delictum esse exceptum; imò etsi hoc re ipsâ probet, vel notorium sit reum commisisse delictum exceptum ex Bullâ Gregorii sæpe citata; hinc si causa defertur ad Episcopum, debet is ante omnia mandare restitutionem, nec potest esse contentus, si Judex sæcularis dicat: volo restituere, si Episcopus judicaverit examinatâ causâ, reum gaudere asylo. Sed debet urgere restitutionem per censurarum denuntiationem: quia extrâ Casum priùs exceptum per rei extractionem absque licentiâ Episcopi factam immunitas fuit violata, & Ecclesia spoliata, consequenter ante omnia est restituenda.

De

Deinde licitè extractus aut extraditus restitui debet, quando causa per Episcopum examinata reus invenitur gaudere asylo: quia in tali casu extractio vel extraditio fit semper cum tacitâ vel expressâ Conditione: ut probatus dignus asylo iterum restituatur.

3tiò restitutio debet fieri eidem Ecclesiæ aut loco sacro à quo reus fuit injustè extractus aut eductus ut sæpius S. Congreg. declarasse refert Pignatell.

Demum restitutio extracti debet fieri publicè & solemniter ipsi Ecclesiæ violatæ per eos, qui extraxerunt: quia, cum per injuriosam extractionem fuerit facta publica injuria Ecclesiæ, ac populus publicè sit scandalizatus, requiritur publicus actus, qui correspondeat publico delicto, & tollat publicum scandalum arg. cap. felicitis 5. §. cum autem. de pœn. in 6. Cum etiam peccata suos debeant tenere authores l. sancimus 22. C. de pœn. lib. 9. tit. 47. & cap. quæsit 2. de his, quæ fi. à maj. par. cap. non sufficit excarceratio ac dimissio malè extracti, sed ipsum debent ipsi extrahentes necessariò reponere in Ecclesia seu loco, à quo fuit extractus.

Q. 6. Qualiter puniantur violantes jus asyli?

R. 1. De jure civili censentur rei criminis læsæ Majestatis l. 2. C. de his qui ad Eccles. confug. lib. 1. tit. 12. & jubentur ultimo affici supplicio l. præsentis 6. C. eod. quæ tamen pœnæ vel usu non sunt receptæ vel contrario usu abrogatæ.

2. De jure canonico jubentur arbitrio Episcopi publicâ pœnitentiâ mulctari. Can. nullus Clericorum 19. & Can. Si quis contumax 20. caus. XVII q. 4. In quo etiam injungitur pœna pecuniaria 900. solidorum & in Can. quisquis seq. 30. Librarum argenti purissimi juxta Gl. in cit. Can. si quis contumax v. componat: pro qualitate delicti & delinquentium conditione pendet ab arbitrio Episcopi, & Ecclesiæ læsæ applicabitur.

DE IMMUN
leinde gravissima
io major Can. si
trater. 10. Can.
XVII. q. 4. Con.
que late sentent
summo Pontifi
Pauli V. quod
hic abolvere
fecerit & Eccl
Q. ultimò quina
ut has pœnas
1. Omnes &
qui aliquem
asili loco existent
aut fuerint.
2. Qui similia
tato, tum quia
ur: Si quisqua
L. 2. Nec in
arilegas manus
ere aut nudâ
erunt tentare, c
6. C. de his qui
quia in Bullâ Greg
pio facto incurrere
tutionis attentare
3. In loco asyli c
antes volentem ac
huc privilegio renu
4. Similia mand
trâ constitutionem G
tum quia aliàs Bulla
mandantes Principes
essent immunes à po
tum haberet Bulla:
de-

deinde gravissima & recepta pœna est excommunicatio major Can. sicut antiquitus 6. Can. miror 8. Can. frater. 10. Can. nullus 19. Can. diffinivit 36. *Caus. XVII. q. 4. Con. Trid. sess. 25. de reform. cap. 20.* estque latæ sententiæ vi Bullæ Gregorii XIV. sæpe cit. & summo Pontifici reservata in decretis Clem. VIII. & Pauli V. quod si alicui delegeretur absolvendi potestas, hic absolvere non debet, nisi violator restitutionem fecerit & Ecclesiæ satisfecerit.

Q. ultimò quinam censeantur violare immunitatem asyli, ut has pœnas incurrant?

R. 1. Omnes & singuli quâcunque autoritate præditi, qui aliquem etiam excepti criminis certò reum in asyli loco existentem capere, extrahere & incarcerare ausi fuerint.

2. Qui similia tantum tentaverint effectu etiam non secuto, tum quia in jure civili immunitas violata censetur; *Si quisquam contrà hanc legem venire tentaverit L. 2. Nec in extrahendos reos conetur quisquam sacrilegas manus immittere l. 3. his qui hoc moliri aut facere aut nudâ saltem cogitatione atque tractatu ausi fuerint tentare, capitali & ultimo supplicio afficiendis l. 6. C. de his qui ad Eccl. conf. lib. 1. tit. 12.* tum quia in Bullâ Gregorianâ §. 8. Papa eum pœnas juris ipso facto incurrere declarat, qui contrà tenorem constitutionis attentare præsumpserit.

3. In loco asyli capientes, extrahentes, aut carcerantes volentem ac consentientem sicque inefficaciter huic privilegio renuntiantem.

4. Similia mandantes: tum quia tales aliquid contrà constitutionem Gregorii XIV. attentare præsumunt. tum quia aliàs Bulla frustraretur suo effectu; quia, si mandantes Principes, Judices ac Potestates sæculares essent immunes à pœnis, modicum vel nullum effectum haberet Bulla: cum illi executionem plerumque

committant & mandent simplicibus & ignaris, vel iis, qui mandato resistere non audent. finaliter violator appellans non auditur ante præstitam Ecclesiæ satisfactionem.

QUÆSTIO III.

De immunitate reali.

Immunitas realis est exemptio rerum Ecclesiasticarum ab oneribus & præstationibus laicalibus. Pro cuius explicatione

Nota 1. Bona Ecclesiastica in triplici genere sunt. Prima sunt Ecclesiæ materiales, Cæmeteria, vestes, vasa sacra & alia consecrata & benedicta ad Divinum Cultum deputata. 2da sunt non consecrata vel benedicta à fundatoribus vel aliis fidelibus ad Dei cultum destinata & Ecclesiæ oblata in sustentationem ministrorum & expensas templorum. De his duobus bonorum generibus nunc agitur: 3tia sunt bona Clericorum propria eaque acquisita ex spirituali titulo v.g. beneficii vel operis spiritualis v.g. administrationis Sacramentorum vel ex titulo temporali v.g. hæreditate, arte, quo pertinent etiam bona Ecclesiarum titulo temporali acquisita & de his agetur Q. sequente.

Nota 2. Onera laicalia alia sunt merè personalia, quæ personis tantum iisque subditis sine ordine ac respectu ad bona imponuntur, quale onus est capitatio civium, sive exactio certa per singula capita, quæ comprehendit etiam subditos non habentes bona immobilia in territorio Principis imponentis L. un. C. de Capitat. civium lib. XI. tit. 48. Exemptio à talibus oneribus pertinet ad immunitatem personalem, proinde competit personis Ecclesiasticis juxtà superiùs dicta Q. 1. : cum enim talia onera nequeant imponi nisi personis subjectis, personæ autem Ecclesiasticæ non sint subjectæ jurisdictioni sæculari; sequitur personas

Ec-

DE IMMUN
Ecclesiasticas à tal
munitatis persona
v.g. ad custodiam
Caus. XXIII. q. 8
de Epil. & Cler. lib
sunt casus magnæ
Eccles. alia su
iure perpetuo i
bonis imponunt
ponere potest ab
rei moderator
personis subditi
ad bona, qu
modo facultatu
personis med
imponatur. Im
agitur 2. 2. di
& invariabilia,
ationem habent. a
pervenientem v.g.
principe sæculari im
curat collectæ vel co
modo majores modo
quæ exiguntur à rebu
rebus mobilibus ne
non frugiter tantum
& exponuntur n
mo ad alium locum
accitæ vel vectigalia
DICO. In divers
um & Rectores nec
dentur, tot onera f
deterioris Conditioni
hatur, quam sub
anathematis distric
1. 2. Theol. Sch

Ecclesiasticas à talibus oneribus esse exemptas vi immunitatis personalis unde etiam ad alia onera personalia v.g. ad custodiam Civitatis Can. reprehensibile 19. *Caus. XXIII. q. 8. ad hospitationes militum L. 1. C. de Epil. & Cler. lib. 1. tit. 3.* non obligantur; Excipitur casus magnæ necessitatis cap. *pervenit 2. de immun. Eccles.* alia sunt onera merè realia sive bonis & rebus jure perpetuo inhærentia, quæ sine respectu personæ bonis imponuntur: quale onus propriæ rei quilibet imponere potest absque injuriâ: cum quilibet sit propriæ rei moderator & arbiter. Alia sunt onera mixta, quæ personis subditis imponuntur cum ordine & respectu ad bona, quæ possident, sive quando subditi pro modo facultatum collectantur, ut onus immediate ipsi personis mediatè verò rebus aut personis propter res imponatur. Inter quæ onera eminent tributa de quibus agitur 2. 2. *disput. XXII.* eaque sunt alia ordinaria & invariabilia, quæ certam & determinatam præstationem habent. alia vero nova, quæ ob causam supervenientem v.g. gravem necessitatem publicam à Principe sæculari imponuntur, quæ alio nomine dicuntur collectæ vel contributiones & variantur, dum modò majores modò minores imponuntur. Item aliqua exiguntur à rebus immobilibus frugiferis, aliqua à rebus mobilibus negotiationi expositi: quia res de se non frugiferæ tantum subsunt tributis, quatenus subsunt & exponuntur negotiationi vel transportationi ab uno ad alium locum, quæ tributa dicuntur Gabeltæ, accisæ vel vectigalia: his notatis:

DICO. In diversis mundi partibus Consules Civitatum & Rectores nec non & alii qui potestatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt Ecclesiis: ut deterioris Conditionis factum sub eis Sacerdotum videatur, quam sub Pharaone fuerit... Quocircà sub Anathematis districtione fieri de cætero talia prohibe-

mus nisi Episcopus & Clerus tantam necessitatem vel utilitatem aspexerint, ut absque ullâ exactione ad relevandas communes utilitates vel necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates subsidia per Ecclesias existiment conferenda Cap. non minus 4. de immun. Eccles. sive res & bona Ecclesiæ ab exactionibus laicalibus exempta sunt.

Explicatur & probatur conclusio : de bonis primi & secundi generis : imprimis bona primi generis solis usibus sacris speciali consecratione & benedictione sunt deputata, ergo sunt exempta ab omnibus exactionibus sæcularibus ; quia sunt res sacræ non frugiferæ, nullum habentes temporalem usum aut comòdum pretio æstimabile, sed tantum usui sacro ad finem supernaturalem offerendi sacrificii, ministrandorum Sacramentorum deserviunt, proinde ad usus profanos non possunt applicari. Juxtà R. § 1. de RR. J. in 6. *Semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum.*

Deinde bona secundi generis ad fundationem & dotationem Ecclesiæ pertinentia ad eundem usum perpetuò servire debent, ad quem semel legitimâ autoritate destinata sunt, ut dicitur Can. quæ semel 4. Caus. XIX. Q. 3. *Res, quæ ad ea (monasteria) pertinent monasterius reservari oportet.* Atqui illa bona v.g. Cæmisteria, domus, horti ac fundi ad Ecclesiæ fundationem & dotationem pertinentes legitimâ autoritate sunt destinata, ut serviant Ecclesiæ ad Dei cultum, ministrorum sustentationem, Ecclesiæ utensilia ; ergo illi soli usui servire debent, non verò sæculari utilitati per exactiones & onerum impositiones, idem est de iis, quæ Ecclesiæ concessa sunt pro pauperum sustentatione. Probatur id ulterius ex Cap. sancitum 1. de cens. *Sancitum est, ut unicuique Ecclesie unus mansus integer absque nullo servitio tribuatur, & presbyteri in eis constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium,*

DE IMMUN
non de domibus,
cliam postis,
tiam faciant pra
Additur in co
fuit insufficiente
tica: tunc enit
tantibus hisce co
vide gravis vel et
lorum quam C
non debent suffic
tis autem est,
publicæ, non
ine magno grava
estituti vel utilita
est restrictio nitt
ctus, in quo be
urn sublevande
debet Epilco
tantum laicis
as à Clericis de
laicorum: si en
nalis æquitas p
est laici non poss
defectum jurisdic
perere, quod si C
velint contribuere
Episcopus contribu
superiorem Ecclesi
est relictum libera
ut subsistente causa
legitimâ causâ subl
feriant. § 0. Si
debet consensus Pe
duratura contribu
necessitate fieri à
postea consulendu

non de domibus, neque de arvis, vel de hortis juxta Ecclesiam positis, neque de prædicto manso aliquod servitium faciant præter Ecclesiasticum.

Additur in conclusione exceptio: vid. si soli Laici sint insufficientes ad subveniendum periclitanti reipublicæ; tunc enim ex bonis Ecclesiarum debet subveniri tantibus hisce conditionibus 1^o debet esse necessitas valde gravis vel eminens utilitas, quæ sit communis tam laicorum quam Clericorum. 2^o facultates Laicorum non debent sufficere ad succurrendum bono communi. Satis autem est, ut moraliter constet communia bona reipublicæ, non sufficere & singulos cives non posse sine magno gravamine solis suis sumptibus præsentī necessitati vel utilitati publicæ subvenire: quia alioquin esset restrictio nimia: cum moraliter vix possit accidere casus, in quo bona propria omnium & singulorum civium sublevandæ communi necessitati non sufficiant. 3^o debet Episcopus & Clerus simul deliberare an & quantum laicis sit contribuendum. 4^o contributiones à Clericis debent fieri sponte absque ullâ coactione Laicorum: si enim vera necessitas adsit, ob quam naturalis æquitas postulat, ut Clerus subveniat, tunc etsi laici non possint per vim Clericos ad id cogere, ob defectum jurisdictionis in illos, possunt tamen ab illis petere, quod si Clerici in tali casu irrationabiliter non velint contribuere, sunt cogendi per Episcopum, si Episcopus contributionem permittere nolit, ad altiore[m] superiorem Ecclesiasticum est recurrendum: quia non est relictum liberæ voluntati Episcopi & Clericorum, ut subsistente causa concurrant, ideoque peccant, si legitimâ causâ subsistente in contributionem non consentiant. 5^o. Si non sit periculum in mora, accedere debet consensus Papæ, ideoque si tempore longiori sit duratura contributio, potest quidem initio urgente necessitate fieri à Clero inconsulto Papa, attamen postea consulendus est Papa. Ff 2 QUÆS-

QUÆSTIO IV.

De immunitate mixtâ.

Sub hâc complectimur res, quæ de se non sunt laicræ, gaudent tamen exemptione: quia vel ad Ecclesias licet titulo temporali, vel ad Clericos pertinent

DICO. *Adversus Consules & Rectores Civitatum, vel alios, qui Ecclesias & Ecclesiasticos viros tallis, seu collectis & exactionibus aliis aggravare nituntur, volens immunitati Ecclesiastica lateran. Concilium providere, præsumptionem hujusmodi sub anathematis districtione prohibuit cap. 7. de immun. Eccles. sive bona ad Ecclesias & Ecclesiasticos quocunque justo titulo pertinentia sunt exempta à præstationibus, quæ vi jurisdictionis sæcularis imponuntur.*

Prima Pars probatur: præstationes, quæ subditis ratione bonorum imponuntur, nequeunt imponi vi jurisdictionis sæcularis Ecclesiarum bonis; atqui onera, de quibus agitur & præstationes imponuntur subditis, quippe imponuntur vi jurisdictionis; ergo. Maj. probatur eo ipso, quo transiverunt bona ad Ecclesias, pervenerunt ad personas à jurisdictione sæculari exemptas: quia res sequitur conditionem personæ, & mutatâ personâ conditio rei mutatur, sicut igitur, si talia bona fuissent Ecclesiæ propria ab initio non potuisset à potestate sæculari talibus bonis tributum vel aliud onus præstandum ab Ecclesiis ratione talium bonorum imponi, itâ nec potest ordinaria exactio tributorum continuari, cum res jam devenerit ad illum statum, à quo exactio incipere non potuisset; igitur hoc ipso quod fiant quocunque justo titulo bona Ecclesiæ, eximantur ab oneribus aliâs ratione talium bonorum præstandis, quæ ex potestate supremæ jurisdictionis imponuntur, de quibus tantum intelligitur conclusio: quia aliud est dicendum de

DE IMMUNITAT
 bonis talibus ori
 vel Dominus te
 talibus aut Laicis
 talibus si milia bon
 vel Emphyteusin
 talibus Censu perpe
 nec, juxta com
 nec cap. literis
 nuperint ad quen
 no est: quia ob
 no debet inverti or
 prod habet in sua
 talibus censualis, te
 us, antequam tra
 in postquam res tr
 sunt.
 tutor 2: Ex Jure
 nensi sub Alex. III.
 nfirmantur in Cle
 nno VIII. qui in Bu
 accipit; Romanus t
 mones & exactione
 de Collectarum su
 nent & priorum loco
 in invalide & illicite
 in dicitur ac solute si
 que. 2do esse nullu
 mod per tempus qu
 male sint exactæ &
 talibus prætextu privi
 exactæ aut solute c
 tione inferiorum Præl
 man & Nuntiorum
 nentur in integrum
 talibus. 6to. Etia

DE IMMUNITATE ECCLESIASTICA. 453

de oneribus realibus ortis ex contractibus privatis, sic si Princeps vel Dominus temporalis det Ecclesiæ vel etiam Ecclesiasticis aut Laicis, qui postea in Ecclesias vel Ecclesiasticos similia bona transferunt, bona det in feudum, vel Emphyteusin, vel in plenum dominium reservato sibi Censu perpetuo, illa semper transeunt cum hoc onere, juxtâ commune axioma Juristarum desumptum ex cap. literis 5. de pignor. ibi: *Et cum suo onere transierint ad quemlibet possidentem*, cujus ulterior ratio est: quia ob favorem Religionis vel Causæ piæ non debet inverti ordo justitiæ & alius privati jure suo, quod habet in sua bona; igitur onera rebus vi contractûs censualis, feudalis vel emphyteutici à sæcularibus, antequam transirent ad Ecclesias, imposita etiam postquam res translatae sunt in Ecclesias, præstanda sunt.

Probatur 2. Ex Jure Canonico Capitulis ex Con. Lateranensi sub Alex. III. & sub Innoc. III. jam relatis, quæ confirmantur in Clem. un. de immun. Eccles. & ab Urbano VIII. qui in Bullâ editâ 1641. 23. Septemb. quæ incipit: *Romanus Pontifex* decrevit 1. modò. Quod impositiones & exactiones quarumcunque contributionum & Collectarum super Ecclesiarum vel Monasteriorum & piorum locorum bonis vel fructibus sunt prorsus invalidæ & illicitæ, et si à spontè consentientibus sint datae ac solutæ sine speciali Sedis Apostolicæ facultate. 2. modò esse nullas & illicitas etiam non obstante, quod per tempus quantumvis longissimum & immemorabile sint exactæ & solutæ. 3. modò. Etiam si sint solutæ sub prætextu privilegii Apostolici. 4. modò. Etiam si sint exactæ aut solutæ cum tolerantia facultate & permissione inferiorum Prælatorum Ecclesiæ: etiam Legatorum & Nuntiorum Sedis Apostolicæ. 5. modò. Ut restituantur in integrum omnia præjudicialia in contrarium facta. 6. modò. Etiam si sint attentata per Imperato-

res, Reges aliosque sufficienti auctoritate Apostolicâ non munitos. 7. mō etiam si adfuerit prætextus quod Bullæ seu constitutiones Apostolicæ non fuerint publicatæ, vel usu receptæ, vel per alias constitutiones Apostolicas revocatæ: & hæc Bulla, ut notat Pirrh. tit. de immun. Eccles. N. 69. Non jus novum condit, sed antiquum innovat.

2da Pars probatur 1. ex Juris Canonici textibus modo allegatis & cap. quanquam 4. de Cens. in 6. In quo nullâ factâ distinctione inter res & bona Ecclesiasticorum dicitur: *cum Ecclesia Ecclesiasticaque personæ ac res ipsarum non solum jure humano, quinimō & divino à secularium personarum exactionibus sint immunes.*

Probatur 2. Ex Jure civili Auth. item nulla C. de Epif. & Cler. lib. 1. tit. 3. Ubi Imperator Fridericus statuit: ut nulla communitas vel persona publica vel privata collectas vel exactiones Ecclesiis, piis locis vel personis Ecclesiasticis imponat, aut invadere bona Ecclesiastica præsumat.

Probatur 3. ratione: imponere & exigere tributa est actus jurisdictionis pertinens ad merum imperium, ideoque tributa non imponuntur nisi auctoritate publica solis subditis: atqui personæ Ecclesiasticæ non sunt subditæ jurisdictioni principum sæcularium, neque quoad suas personas, neque quoad bona in illorum territorio situata: quia quando personæ sunt exemptæ, etiam res & bona illarum sunt exempta juxta

l. J. 42. in 6. *Accessorium sequi naturam congruit principalis*; atqui bona sunt accessoria Personæ, cessante igitur potestate jurisdictionis in exigente & subjectione in alio non potest justè exigere tributum: quia cessante adæquatâ causâ debiti cessat debitum. Accedit: quod, cum Domini sæculares à Clericis spiritualia accipiant non est æquum,

De Immunit.
 ut etiam ter
 juxta Apost.
 semina dicitur
 per metanos.
 1. Can. si tri
 tribol. Si tribu
 agri Ecclesie sol
 Can. XXIII. Q.
 qua palam
 reddi... qu
 quære, quâ
 vobis per solvend
 S. Ambros. loc
 tit enim Ecclesia
 tebat; Urbanu
 nis, quando Im
 nondum hoc jur
 quæ opponi possent
 constitutione
 esse invalidas,
 illi & disponunt
 2. Per talem
 Domini territori
 redditibus; du
 ligata erant, tra
 clesiasticas, è quar
 unquam eripi
 Negando ass. ac
 bus sæcularibus pe
 cum in illa be
 nullum unquam
 deberetur tribu
 tionis, quam habe
 talia tributa exig
 curare, ut l

æquum, ut etiam temporalia ab eis exigant sed potius tribuant juxta Apost. 1. ad Cor. 9. v. 11. *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos Carnalia vestra metamus.*

Obj. 1. Can. si tributum 27. *Caus. XI. Q. 1. dicit S. Ambros. Si tributum petit Imperator, non negamus: agri Ecclesie solvunt tributum & Can. tributum 22. Caus. XXIII. Q. 8. dicit Urbanus P. De exterioribus suis, que palam cunctis apparent, Ecclesia tributum reddit. . . . quod constitutum antiquitus est, pro pace & quiete, quâ nos tueri & defensare debent, imperatoribus persolvendum est.*

R. S. Ambros. locutus fuit de facto, non de jure: permisit enim Ecclesia id fieri propter periculum, quod imminebat; Urbanus vero loquebatur de more sui temporis, quando Imperatores erant infideles, & Ecclesia nondum hoc jure gaudere poterat. Ad LL. civiles quæ opponi possent, responderetur eas esse abrogatas per cit. constitutionem Friderici Imperatoris. Vel potius eas esse invalidas, quia sunt contra privilegia prius concessa & disponunt de materiâ ipsis non subjectâ.

Obj. 2. Per talem exemptionem Clericorum à tributis Domini territoriales magnum patiuntur damnum in suis redditibus: dum bona territorii, quæ ante ipsis obligata erant, transeunt ad Ecclesias vel personas Ecclesiasticas, è quarum manibus similia bona acquisita vix unquam eripi possunt.

R. Negando ass. ad probat. dicendum quod Principibus sæcularibus per talem translationem nulla fiat injuria: cum in illa bona, quæ in Ecclesias transferuntur, nullum unquam habuerint dominium, ratione cujus deberetur tributum, sed solum ratione jurisdictionis, quam habebant in priores proprietarios, poterant talia tributa exigere; non obligatur autem propriarius curare, ut sua bona maneat sub tali jurif-

dictione; cum de illis liberè disponere possint, nisi sint bona feudalia vel Emphyteutica, & consequenter, si voluntate dominorum proprietariorum bona transferantur ad Ecclesiam vel Ecclesiasticas personas auctoritate juris divini & humani tollitur obligatio solvendi tributum.

Obj. 3. Contributiones & Collectæ, de quibus agitur, sunt onera merè realia bonis inseparabiliter annexa vel ex dispositione privatâ, vel ex decreto Principum, & hinc Principes sæculares habent tacitam hypothecam in bonis situatis in suo territorio pro debito solvendi tributa.

R. N. ass. ut enim constat ex dictis, onera realia possunt imponi à privatis, hujusmodi autem collectæ tantum auctoritate publica jurisdictionis immediatè imponuntur personis ratione bonorum, & hinc sunt onera mixta: onera enim realia sunt ordinaria, perpetua, invariabilia & certa. Contributiones autem, de quibus est quæstio, plerumque sunt temporales variabiles & incertæ pro varietate temporum & necessitatum. Interim personæ Ecclesiasticæ obligari possunt ad solutionem tributorum non vi subjectionis, sed vi pacti & conventionis factæ cum Ecclesiâ; unde solent DD. tres Casus notare, in quibus sæculares possunt collectare Ecclesias. 1.º modò speciale privilegium vel licentia sedis Apostolicæ. 2.º dò. Si bona Ecclesiastica sint feudalia. 3.º dò. Si Princeps aliquis sæcularis in primâ foundatione & donatione bonorum immobilium alicui Ecclesiæ factâ per pactum expressum collectas & tributa sibi reservaverit.

Obj. 4. Adminus tenentur Clerici contribuere ad communes necessitates & utilitates omnium Civium five incolarum; hujusmodi tributa sunt, quæ imponuntur ad reficiendos publicos pontes, muros Civitatis, ad comparandam annonam &c. Probatum 1. ex diversis

LL.

LL. L. ad instructiones 7. C. de sacros. Eccles. lib. 1. tit. 2. *Ad instructiones itinerum pontiumque etiam divinas domos & venerabiles Ecclesias tam laudabilitertulo libenter adscribimus* L. placet §. eod tit. conceditur immunitas Ecclesiis à Collectis, sed excipiuntur communes necessitates, quæ lex approbata est à jure Canonico in Can. generaliter 4. §. placet 4. *Caus. XVI. Q. 1. Probatur 2. ratione: quia ejusmodi exactiones non sunt tributa, quæ indicant subjectionem vel in propriâ jurisdictione fundantur, sed solum sunt contributiones quæ pro omnium necessitatibus & utilitatibus fiunt: ergo cum Clerici sint etiam membra reipublicæ & fruantur his communibus commodis, ratio naturalis dictat, ut etiam concurrant ad hujusmodi onera ferenda cum cæteris Civibus juxtà vulgatum; qui sentit commodum, debet etiam sentire onus.*

Et. Vel necessitas & utilitas communis Clericis cum Laicis, ob quam tributum imponitur, non respicit bona Ecclesiæ & Ecclesias, nisi remotè & in consequentiam, in quantum sunt partes reipublicæ, & tunc non tenentur ad tributa: quia bona Ecclesiastica sunt deputata ad usum spiritualem, qui etiam redundat in bonum Laicorum, ideoque non est à ratione alienum, ut Laici ex solis suis bonis temporalibus contribuant ad opera publica, licet ea in commodum Clericorum redundent: nam cum Clerus inserviat communi utilitati in spiritualibus, æquum etiam est, ut fruatur communibus commodis in temporalibus, etsi ad illa ex temporalibus non concurrat. Accedit: quod Clerus à S. Pontifice vel Episcopo collectari possit, ne igitur duplici onere gravetur, æquum est, ut in altero sublevetur. Leges autem contrariæ utpote contrà immunitatem Ecclesiasticam aliquid statuentes à Jure Canonico reprobantur, nec obstat: quod aliquæ decreto Gratiani sint insertæ; quia per hoc nullam vim obtinent, nisi quam aliàs habent. Et §. Vel

IX.
possint, nisi
nsequenter, si
bona transfe-
nas authori-
atio solvendi
de quibus agi-
biliter annexa
o Principum,
hypothecant
ebito solvendi
onera realia
em collectæ
mediate im-
c sunt one-
perpetua,
de quibus
variabiles &
ratum. In-
ad solutio-
acti & con-
it DD. tres
t collectare
icentia sedis
na feudalia.
à fundatione
icui Ecclesiæ
tributa sibi re-
ontribuere ad
rium Civium
quæ imponun-
s Civitatis, ad
1. ex diversis
LL.

Vel necessitas aut communis utilitas directè vel æquè principaliter respicit peculiaria aliqua prædia, quorum domini soli ob emolumentum, quod illis prædiis inde resultat, debent contribuere: v.g. Si ob inundationem agri fiant infrugiferi. Tunc etiam Ecclesiæ vel Clerici, qui ibi prædia habent debent cum Laicis contribuere: quia bonum, ob quod contribuitur directè & proximè æquè redundat in prædia Ecclesiastica ac Laica.

Q. 1. An etiam Coloni Clericorum gaudeant immunitate à tributis?

R. Sub distinctione vel sunt Coloni perpetui, qui terræ Ecclesiæ colendæ perpetuò sunt adscripti, & hi gaudent immunitate & Ecclesiis & Clericis concessâ, de quibus in cap. indicatum est 3. de immun. Eccles. vel sunt Coloni Pachtarii, qui colunt agros pro certâ parte fructuum, quam Ecclesiæ vel Clericis annuatim solvere tenentur; de his probabilius est, quod quoad alteram partem fructuum non sint exempti: quia nullibi reperitur concessum tale privilegium, & ipsi sunt Laici, sicque observat quotidiana praxis, juxtâ quam Coloni Ecclesiasticorum tenentur solvere contributiones pro quarto jugero, quas solent vocare quartam Colonicam. Idem est de Emphyteutis Ecclesiæ respectu utilis domini quod est omninò separatum à Dominio directo Ecclesiæ, & est merè laicum adeoque subjectum oneribus Laicalibus: res enim Ecclesiæ data in Emphyteusim mutat conditionem ob personam, in quam transit utile dominium.

Q. 2. An superiores Ecclesiastici possint Clerum collectare?

R. Præter S. Pont. qui potestate ordinariâ omnibus Ecclesiis & Clericis collectas imponere potest, datur potestas Episcopis in cap. cum Apostolus 7. de cens. *Ut si manifesta & rationabilis causa extiterit, cum*

Cha.

DE IMMUNITATE
 moderatum
 vulgò
 Jus tale
 consensu C
 his quæ fi. à P
 Cathedrale S
 omnis; non au
 Generatis
 esse & rationa
 moderatum, e
 Clericis benefi
 exemptis; im
 non fuerint, ni
 peti non potes
 & Paroch
 equam ad Mo
 vendere consueve
 quoque pro Mon
 sunt titulo de
 Apostolica,
 ipsi, antequ
 solvere studeant

DISPUTATIO
 De obligatione
 Disputatio pot
 esse, cujus obl
 in conscientia,
 vel penam, qua
 immunitas ex præce

Charitate moderatum ab eis valeant auxilium postulare, quod auxilium vulgò vocatur auxilium seu subsidium charitativum. Jus tale subsidium exigendi habet Episcopus cum consensu Capituli Cathedralis arg cap. novit. 4. de his quæ fi. à Præl. sine consens. cap. 2dò. Capitulum Cathedrale Sede vacante. 3tiò. Cardinales in suis titulis; non autem Prælati inferiores. 4tò. Præpositus Generalis alicujus Ordinis. Debet autem manifesta esse & rationabilis causa, & tunc subsidium, si fuerit moderatum, est solvendum ab omnibus Ecclesiis & Clericis beneficiatis Episcopo subjectis. Non autem ab exemptis; imo et si Monasteria absolutè exempta non fuerint, nihilominus ab iis subsidium charitativum peti non potest per Episcopum, nisi ratione Ecclesiarum & Parochiarum Monasteriis unitarum, quæ antequam ad Monasteria transirent, tale subsidium pendere consueverunt Clem. 1. de Cens. Religiosi quicumque pro Monasteriis & Ecclesiis, quæ ad eos quocumque sint titulo devoluta, procuraciones Legatorum Sedis Apostolicæ, ac jura Episcopalia & alia præstari pro ipsis, antequam ad eos pervenissent, solita promptè solvere studeant.

DISPUTATIO XX.

De obligatione & cessatione legum.

HÆc Disputatio potissimum de lege humanâ procedit, cujus obligatio est duplex: una ad culpam sive in conscientiâ, diciturque vis legis directiva; altera ad pœnam, quæ appellatur vis coactiva legis. Ut jam constat ex præcedentibus.



QUÆS.